



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus HUMANIS. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Qvæstio XXV. De Adoratione Christi. In sex Articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

QVÆSTIO XXV.

De Adoratione Christi.

In Sex Articulos diuisa.

Notandum est Primò; Nomen Latinum Adorationis esse generale ad cultum Dei, Angelorum, & hominum: Sicut & nomina Hebræa *HISTACHAVA*, Adorauit; *AVAD*, Seruuit; & Græca *ἀδωρεω*, Adoro; *δωρεω*, Seruio: quibus cultus aliquis significatur. Adorare enim generatim nihil est aliud, quàm notã aliquã submissionis, alium tamquam superiorem honorare; seu testari excellentiam alterius supra se. Sic Abraham adorauit Angelos, Gen. 18. & filios Heth, Gen. 23. Sic Iosue Angelos adorauit Iosue cap. 5. Miphiboseth & Nathan adorauerunt Dauid 2. Regum 9. 3. Reg. 1. & alibi frequenter. Vnde Adorare generatim non solum pertinet ad virtutem Religionis, quæ Deo cultum adfert; sed etiam ad Obseruantiam quæ ciuilem cultum & alium quemdam, ciuili maiorem & diuino minorem, creaturis exhibet.

Adorare
in genere,
quid sit.

Triplex
species
Adoratio-
nis iuxta
triplicem
excellen-
tiam.

Latria &
Dulia
quid pro-
prie vel
usitate si-
gnificet.

Obiectum
Adoratio-
nis aliud
formale,
aliud ma-
teriale.

Notandũ Secundò, Ex D. Thoma 2.2. q. 103, art. 3. Sicut est triplex excellentia, ita etiam esse triplicem Adorationem. Prima est excellentia diuina & increata: Huic debetur summa adoratio, quæ à Theologis vocatur *λατρία*. Et quia est vna excellentia in tribus personis, etiam vna adoratio illis debetur. Secunda excellentia est humana: vt, virtus humana, sapientia humana, potentia, dignitas. Huic debetur adoratio quædam politica pertinet ad virtutem Obseruantie. Tertia excellentia est media inter diuinam & humanam, consistens in bonis supernaturalibus, sanctitate, beatitudine, & alijs dignitatibus eiusdẽ ordinis. Huic debetur mediũ quidam cultus, qui à Theologis vocatur *δωλια*, quæ est species quædam Obseruantie. Et quamuis nomen *latria* & *dulia* ex sua significatione sit generale significans omnem seruitutem; tamen ex vsu Scripturæ & Patrum, nomen *latria* accommodatum est ad significandum propriè seruitutem & cultum debitum Deo: nam à magno timore hoc nomen deductum est, quo Deum reuereri debemus ex *λα* & *τρία*. Similiter nomen *dulia* ad significandum cultum & seruitutem hominibus Sanctis, & Angelis debitam: nam communem seruitutem significat, qualis est etiam inter æquales; vnde Apostolus ad Gal. 3. vers. 13. ait; *Per charitatem seruite inuicem*; *δὲ ἡμεῖς ἀγαπῶν δωλευστέ ἀλλήλοις*. Vide Septimam Synodũ, vbi sapissimè hæc distinctio inuenitur; quam etiam habet Augustinus lib. 10. de Ciuit. cap. 1. & lib. 1. de Trinit. c. 6. & Damascenus oratione primã de imaginibus paulò post initium, & oratione tertiã paulò ante medium.

Notandum Tertiò: In obiecto Adorationis distinguendum esse formale & materiale. Obiectum formale adorationis est excellentia aliqua ob quam quis adoratur. Materiale est id, quod adoratur & quod ei est coniunctum. Quò fit, vt aliquid varijs modis adorari possit. Primò, Per se & propter propriam excellentiam: vt Deus, Sancti, & viri eminentes. Hæc dicitur adoratio abso-

luta. Secundò, Propter excellentiam extrinsecã; vt imagines & reliquæ Sanctorum. Et hæc dicitur Adoratio respectiua, propter respectum ad extrinsecam excellentiam. Tertiò, Aliquid adoratur, quia per se coniunctũ personæ quæ adoratur; quod potius est *coadorari*; sicut partes in toto: vt caput, latus, manus, pedes Christi. Quartò, Vt coniunctum accidentariè, & separabiliter: sic adoratur purpura & thronus Regius.

ARTICVLVS I.

Vtrum vna eademque adoratione adoranda sit Humanitas & Diuinitas Christi?

Respondet D. Thomas: Adoratio Christi vna est ex parte Personæ: ex parte autè causæ, adorationes possunt esse plures. Sensus est: Etsi plures sint causæ adorandi in Christo, & proinde plures species adorationis; tamen est tantum vna persona quæ adoratur, seu vnum obiectum materiale, vniũque terminus. Verum vt hæc magis explicentur:

Dico Primò, Christus homo est absolutè adorandus eadem numero latria, quã Christus Deus. Est fidè tenenda cõtra Nestorium, qui ponebat in Christo duas personas; & personã hominis assumpti dicebat tantummodò coadorari Verbo, ob inhabitationem & alias quasdam accidentarias cõiunctiones: vt definitur in Synodo III. can. 8. *Si quis audeat dicere, assumptum hominem coadorandum vna cum Verbo, & conglorificandum, & Deum appellandum; tamquam alterum cum altero, & non potius vna adoratione colit Emanuelem, & vnam ei glorificationem adaptat, secundum quod Verbum Caro factum est; anathema sit.* Similis definitio habetur in Synodo V. can. 9. quam hic refert D. Thomas in argumento: *Sed contra.*

Vbi aduerte; Assumptum hominem coadorari vna cum Verbo, apud hanc Tertiam Synodum quæ est Ephesina 1. & Cyrillum, nihil esse aliud, quàm personam humanam simul adorari, quando adoratur Filius Dei in ipsa existens; ita vt distincta adoratio vtrique aptetur, licet simul, ob inhabitationem Filij Dei in homine: Sic enim accipiebant Nestoriani; vt patet ex verbis ipsius Nestorij apud Cyrillum in Apologetico, defensione octauæ Anathematismi: *Confiteor, inquit Nestorius, in homine Deum; colo autem eum diuina connexionione Deo Verbo coadorandum hominem.* Vbi illa præpositio *cum*, Græcè *σὺν*, in verbo *συνπροσκυνεῖν*, seu in verbo *coadorandi*, insinuat diuersitatem suppositorum aliquo modo coniunctorum; vt ibidem docet Cyrillus. Quòd si verbum (*coadorari*) accipiatur, vt idem sit, quod vnicã adoratione adorari; sic natura humana coadoratur Filio Dei, & partes toti, & purpura coadoratur Regi, id est, vna cum Rege: nam vnicã adoratione vtrumque attingit; vt statim dicemus.

Christus
homo ab-
soluè ad-
randus la-
tria.

Est de fide
contra Ne-
storium.

An homo
coadore-
tur Deo
Verbo.

Ratio

Ratio huius propositionis est; Quia hic homo Christus, est verus Deus: ergo eadem adoratione colendus, quâ Deus. Patet Consequentia, ex communicatione idiomatum. Sicut enim eadem diuinitate, quâ Verbum est Deus, etiam hic homo est Deus; ita eadem adoratione, quâ Verbum adoratur, etiam hic homo adoratur. Confirmatur; Quia si hæc persona esset tantummodò Deus, haud dubiè esset colenda cultu latriæ: atqui assumptione naturæ humanæ non minuit diuinam dignitatem: ergo etiam sub humanâ naturâ est latriâ colenda: Sicuti persona Regis, etsi vili habitu sit induta, nihilominus eodem honore digna est, quo antea quando erat in purpurâ.

Dico Secundò; Eadem numero adoratione latriæ, quâ adoratur Christus seu Filius Dei, simul adoratur humana natura assumpta; non quidem per se primò, sed secundariò. Est certa hæc propositio, & contraria est erronea. Docent illam communiter Doctores in 3. dist. 9. & D. Thom. hic ad 2. & art. 2.

Probatur Primò, Ex Synodo III. cap. 8. vbi Synodus etiam hanc veritatem intendit; vt docet Cyrillus in Apologetico, qui Author est horum duodecim Capitulorum; idque confirmatur ex Athanasio, qui anathema imprecatur ei, qui negat Christi carnem adorandâ, vt Dei & Domini carnem. Idem patet ex Concil. Trid. sess. 13. c. 5. vbi dicitur, *Latriæ cultum qui vero Deo debetur, huic Sanctissimo Sacramento exhiberi ab omnibus fidelibus ob præsentiam diuinitatis: vbi aperte insinuat carnem Christi adorandam cultu latriæ.*

Secundò Probatur ex Patribus. D. Ambrosius lib. de Dominicâ Incarnationis Sacramento c. 7. Numquid, inquit, cum in Christo imaginem Dei, (id est, Verbum) & crucem (id est, Humanitatem crucifixam) veneramur; diuidimus eam? Quasi dicat; eadem adoratione veneramur Verbum diuinum & humanitatem crucifixam. Idem lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. dicit, *Angelos non solum diuinitatem, sed etiam scabellum pedum eius adorare; & per scabellum intelligit carnem assumptam.* Quomodo eundem locû intelligunt Augustinus & Casiodorus in illû locum Plal. 98. *Adorate scabellum.*

Epiphanius in Ancorato dicit carnem simul cum Verbo adorari, sicut purpura coadoratur Regi.

D. Augustinus serm. 58. de verbis Domini: *Sed illi (scilicet Gentes) adhuc replicabunt; & dicent: quid, quod carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras; & ei, non minus, quam diuinitati deseruis?* Respondet August. *Ego dominicam carnem, imò perfectam in Christo humanitatem, propterea adoro, quod à diuinitate suscepta est, & Deitati vnita.* Adfert exemplum purpuræ, quæ simul cum Rege adoratur, dum Rex illa indutus est; quando autem exuta est, non adoratur. Theodoretus, qui antea cum Nestorio contrarium fenserat, in 1. c. ad Ephesios, explicans illud v. 19. *Secundum operationem potentia virtutis eius, &c.* Quod sumpta ex nobis natura, eiusdem honoris cum eo, qui sumpsit, sit particeps, vt nulla videatur esse adorationis differentia; vt nulla videatur esse adorationis differentia; vt nulla videatur esse adorationis differentia;

Theodor. qui antea cum Nestorio contrarium fenserat, in 1. c. ad Ephesios, explicans illud v. 19. Secundum operationem potentia virtutis eius, &c. Quod sumpta ex nobis natura, eiusdem honoris cum eo, qui sumpsit, sit particeps, vt nulla videatur esse adorationis differentia; vt nulla videatur esse adorationis differentia; vt nulla videatur esse adorationis differentia;

Damasceus, hoc omne miraculum superat. Denique Damascenus lib. 3. de Fide c. 8. *Non in adorabilem eius carnem dicimus; adoratur enim in hypostasi Verbi, quæ eius facta est.* Vide eundem lib. 4. c. 2. & alibi. Confirmatur eadem veritas ex vsu Ecclesiæ, quæ adorat Christi corpus in Eucharistia, & non solum diuinitatem. Hinc etiam natura humana dicitur sedere ad

dexteram Patris, id est, habere gloriam diuinitatis; vt rectè Damascenus lib. 4. de Fide cap. 2. Idem quoque thronus, eademque adoratio tribuitur Deo & Agno. Apoc. 5. & 22:

Tertiò Probatur Ratione: Quia totus Christus est simpliciter vnus, & vna persona constans duabus naturis: ergo eadè adoratione totus adoratur propter excellentiâ diuinitatis, quæ in ipso est: ergo simul censentur adorari illa, ex quibus Christus constat. Et Confirmatur, Quia cum adoramus hominem Sanctum, non solum adoramus eius animam, sed etiam corpus, vt rectè docet Cyrillus in Apologetico ad octauum Capitulum; quamuis ratio adorandi, nempe sanctitas, sit tantum in anima: ergo similiter, dum adoramus Christum, etiam adoramus ipsius humanitatem, quamuis excellentia diuina primò & per se sit in personâ, non in humanitate.

Idem Cõfirmatur similitudine Nicetæ in orationem quinquagesimam primam Nazianzeni: *Natura humana, inquit, vnita Verbo, est instar globuli ferrei in immenso igne constituti, qui ita ignitur, vt totus in ignem versus videatur. Atqui si ignem, inquit, illû fugeremus, simul ipsum ferrum fugeremus. Pari modo, dum reueremur Christi diuinitatem, simul humanitatem reueremur.* Quam similitudinem habet etiam Damascenus lib. 4. de Fide c. 3.

Dixi, Non primò adorari humanitatem; quia quod primò & principaliter adoratur, est persona; vel certè, natura ea cui excellentia primò competit: reliqua autem solum concomitanter vel secundariò; vt corpus & partes corporis: nam honor in hæc redundat.

Dices; Si humanitas non adoratur per se: ergo per accidens. Respondeo; Possè id admitti cum Durando d. 9. q. 2. Illud enim generatim per accidens dicitur adorari, cui ipsa excellentia non conuenit; sed ipsum tantummodò adiunctum est habenti excellentiam. Melius tamen dicitur adorari per aliud & concomitanter, ne videamur significare vnionem diuinitatis cum humanitate esse accidentariam. Per accidens autem propriè adoratur thronus & vestis vnâ cum Rege.

ARTICVLVS II.

Vtrum Humanitas Christi adoranda sit adoratione Latriæ?

Respondetur Primò, Humanitas Christi, si consideretur, vt res adorata in Verbo, siue vt obiectû & terminus adorationis cum Verbo, sic adoratur cultu latriæ, quo ipsum Verbum Incarnatum. Ratio est; Quia adoratio propriè tendit primariò in hypostasim, secundariò autem terminatur ad ea quæ hypostasi coniuncta.

Resp. Secundò, Si humanitas consideretur vt ratio adorandi, seu vt ornata omni munere gratiarum, sic adoratur in persona Verbi hyperdulia.

Notandum est, D. Thomam hic loqui de humanitate, quatenus est aliquid ipsius Christi, scilicet natura vel pars. Et sic intelligenda vtraque Conclusio. Nam obiectum completû adorationis, cui primò & per se conuenit adorari, est hypostasis; partes autem solum comitanter, & ratione totius adorantur. Vtrum quia etiam ipsa natura potest adorari, vt patet tum in natura diuina, dum Deus tribus Personis communis adoratur; tum in Spiritibus

Humanitas adoratur eadè latriâ qua Filius Dei, et si secundariâ.

Probatur ex Concilio.

Probatur ex Patribus.

Ambrosius.

Epiphanius.

Augustinus.

Caro Christi Verbo coadoratur, vt purpura cû Rege.

Theodor.

Damasceus.

6
Probatur ex Ratione.

Cur natura humana simul coadoratur Verbo.

Similitudo globi ferrei candentis.

Cur tamen humanitas Christi non primò, sed secundariò adoratur.

An adoratur per accidens.

7

Expositio mens D. Thomæ.

ritibus Sanctorum; nam & illis nos possumus submittere, & submissionis notam exhibere, etsi non tam proprie quam personæ, eò quòd non concipiatur natura creata, vt quid completum: hinc oritur

D V B I V M I.

Quomodo ipsa natura humana Christi per se spectata, vt terminus integra adorationis, sit adoranda propter dignitatem persona cui coniuncta est, ita vt persona sit pura ratio adorandi, non id quod adoratur?

8
Humanitas ob dignitatem em Verbi vnici digna est aliqua adoratione

Respõdeo & Dico Primò, Natura humana in Christo, ob hanc dignitatem, quam ex vnione Verbi contrahit, est digna aliqua adoratione. Ita Scotus in 3. dist. 9. §. Praestat vna. & sequenti. Durandus ibid. q. 3. Gabriel q. 1. a. 2. & in Canonè Missæ lect. 50. Caietanus hoc loco. Ratio est, Quia humana natura est capax venerationis: & ex hac vnione cum Verbo habet summam excellentiam; fit enim supremo modo particeps diuinitatis, sicut ferrum ignitum fit particeps ignis. Atqui ratione huius digna est, vt omnis creatura se illi submittat, & huius submissionis symbolum edat: quod nihil est aliud quàm adorare, siue adoratio.

9
Hac adoratio est ab habitu latræ, & minor tamen quàm adoratio Verbi.

Dico Secundo, Hæc adoratio videtur procedere ab habitu latræ, quia est propter excellentiã increatam; non tamen est eiusdem rationis & perfectiõnis, ac adoratio Verbi; sed est adoratio minor. Docent ijdẽ Auctores, qui suprà. Ratio est, Quia excellentia illa increata, ob quam honor deferretur, aliter refertur ad humanitatem, aliter ad Verbum diuinum: nam Verbo inest essentialiter, humanitati autem solum communicatur tamquã illam sustentans & terminans; ergo non tribuit parem rationẽ adorandi. Ad hoc enim non solum requiritur par excellentia in se; sed etiam æquẽ perfecta cõmunicatio. Confirmatur Primò, Quia excellentia diuinitatis, humanæ naturæ est quasi extrinsecas; non enim ipsa est intrinsecè Deus, sicut Verbum; sed solum Deificatur: ergo tota dignitas, quam ipsa præcisè habet à diuinitate, est vnio & respectus ad illam. Atqui in infinitum minus est vniri diuinitati, etiam substantialiter, quàm essentialiter includere diuinitatem. Confirmatur Secundo, à simili. Nã humanitas Christi, etsi possit amari ex charitate, sicut Deus (vt cum ob illam singularem vnionem cum Deo, volo illi omnia bona, quibus digna est) hic tamen amor non erit amor super omnia, ac proinde non tam perfectus, quàm is, qui Deo debetur: ergo simile est in adoratione. Hinc patet hanc adorationem non esse latræ. Latræ enim est summus cultus, & respondet amori super omnia. Fortasse tamen vocari poterit latræ inferior, vt quidam volunt; vel respectiua, vt Gabriel: Nam procedit ab habitu latræ, qui inclinatur in excellentiam increatam, & in omne id, quod illi quoquo modo coniunctum est: sicut charitas inclinatur in bonitatem increatam, & in omne id, quod ad illam ordinem habet.

10
1. Obiecti.

Dices Primò, Quãdo honoratur vir iustus propter iustitiam; etiã ipsa iustitia intrinsecè continetur in obiecto adorationis; & si ipsa esset rationis capax, primariò cõferretur adorari: ergo similiter, dum humanitas adoratur propter diuinitatẽ coniunctam, ipsa diuinitas primariò adoratur verã la-

triã, cum ipsa sit rationis capax: humanitas autem eãdem latræ colitur concomitanter.

Ob hanc rationem, & quãdam Conciliorũ ac Patrum locutiones (de quibus infra) quidam reiciunt hunc modum adorationis. Sed dicendũ est, Humanitatem hinc considerari, non vt includit diuinitatem, sicut homo iustus iustitiam includit; sic enim argumentũ procederet. Nam hæc est adoratio totius cõpositi ex humanitate & diuinitate; quod compositum si adoretur ob excellentiã diuinitatis, erit latræ, iuxta id quod art. 1. dictum est: sic enim adoramus Christum. Sed humanitas hinc cõsideratur secundum se, vt ordinem habens ad diuinitatem, tamquam ad quid extrinsecum eius rationi, à quo tamen infinitam dignitatẽ trahit: & sic nõ primariò adoratur diuinitas, sed humanitas. Redundat tamen hic honor in diuinitatem, tamquam in causam quasi formalem totius dignitatis obiecti, & adorationis.

Dices Secundo, Si humanitati debetur aliquis distinctus honor à latræ Verbo exhibendã: ergo Christo debentur duæ adorationes, quòd est contra Concilia suprà citata, quæ tantum vnã Christo deberi dicunt, per quam etiã humanitas adoratur. Et Concilium Alexandrinum à Cyrillo celebratum, damnat eos qui dicunt; Adoro visibilem, propter inuisibilem, vt patet ex epistola 10. inter epistolas Cyrilli.

Respondeo; Cõcilia, & Patres solum intendunt damnare eos, qui docent totum Christum non debere vnã adorationem latræ coli, quasi in Christo sint duæ personæ, quarũ altera simul cum altera, vtraque pro suo modo colatur. Similiter negant duas naturas adorari in Christo, tamquam subsistentes in proprijs personis; vt patet ex testimonio Athanasij apud Cyrillum in Apologetico ad octauum Capitulum, & ex Can. 9. Synodi V. Non tamen negant hanc vnã personã secundum diuersas naturas, & diuersas in illis naturis excellentias, posse diuersis modis coli. Pari modo non intendunt negare naturam humanam posse seorsim spectari, tamquam naturam, & sic venerationis esse obiectum, quamuis non completum obiectum vt persona.

Dices; Si Patres hæc nõ intendunt negare, cur ergo sic absolute negant duas adorationes, & vnã præscribunt, quasi nullo sensu possint esse duæ?

Respondeo; Absolute negant duas: Primò, Quia loquuntur in sensu Nestorij, cum quo ipsis est negotium. Vnde & præscribunt vnã, excludendo duas Nestorianas, quæ scilicet terminentur ad duas personas; non duas, quæ terminentur ad vnã personam: vt patet ex artic. 1. Secundo, Quia consuetudo populi Christiani tantum vnã adorationem nouit Christo exhibere, scilicet latræ; idque merito: tum, quia hæc absolute Christo debetur, altera solum secundum quid, scilicet humanitatem: tum, quia cultus latræ est perfectissimus: cuique autem tribuendus est titulus & honor respondens eius supremæ dignitati; vt constat exemplis humanis. Nam ei, qui simul est summus Rex, & alio titulo dominus paruuli oppidi, non honorabitur solum vt dominus illius oppidi; sed in praxi semper dabitur ei honor regis: ita etiam in proposito. Vnde fateor hanc adorationem non esse vsitatam; posse tamen adhiberi ab eo, qui excellentias diuersas in Christo potest distinguere.

DVBIVM

DVBIVM II.

Virum Humanitas Christi ratione donorum supernaturalium gratia & gloria, possit adorari?

Respondeo, & Dico Primò, Possè. Ita docent Scotus, Durandus, Gabriel supra, & Caietanus hic, & expressè D. Thomas in Corpore. Probatur, Quia humana natura per se est capax honoris, cum sit natura rationalis; & ratione horum donorum est honore & adoratione dignissima.

12 Potest sc adorari.

Dico Secundo, Hæc tamen adoratio non erit latría, sed hyperdulia. Non latría; quia nititur excellentiã creatã; latría autem nititur excellentiã increatã. Vnde D. Augustinus serm. 58. de verbis Domini: Si hominem separaveris à Deo; illi numquam credo, scilicet fide Catholicã, nec seruo. Veluti si quis purpuram aut diademata Regis iacens inuenit, numquam ea adorabit. Et Damascen. lib. 4. De fide cap. 3. ait, Per se carnem Christi esse inadorabilem, scilicet latriã. Quòd verò hic cultus erit hyperdulia; Probatur, Quia dona creata quæ sunt in Anima Christi, inter omnes creatas excellentias plurimùm eminent; ergo ratione huius eminentiæ debetur illi excellens dulia, quæ significatur nomine hyperdulia; quæ non est specie distincta à dulia alijs Sanctis debitã, sed est eiusdem rationis; excellentior tamen in eadem specie: sicut gratia & beatitudo, quæ sunt ratio formalis huius cultus de quo nos hic agimus, & in Christo, & in alijs Sanctis, est eiusdem speciei, tantummodò secundùm maius & minus distincta.

Nō Latría, sed Hyperdulia.

Hæc Hyperdulia non distinguitur specie à Dulia alijs Sanctis debita.

Petes; In Christo est dignitas Capitis, Sacerdotis, mediatoris; quis cultus debetur ob hæc? Respondeo; Si in hisce titulis solùm formaliter spectetur illa dignitas moralis, quæ conuenit Christo in humana natura ex vnione huius nature cum Verbo diuino, & deputatione Dei; sic debetur ei talis adoratio, qualis ob dignitatem, quam habet natura humana ex vnione; quia hi tituli includunt dignitatem vnionis, vt patet ex supra dictis. Si autem spectetur etiam fundamentum illius dignitatis, & totum id, quod ad constitutionem talis Sacerdotis, Capitis, & Mediatoris requiritur, sic debetur latría; nam fundamentum huius dignitatis, intrinsecè includit suppositum diuinum, & naturam humanam; ita etiam ratio Mediatoris, ratio talis Capitis, & talis Sacerdotis. Vbi etiam, Aduertendum est, Christo non deberi latriam ob beneficium Redemptionis, nec Deo ob beneficiũ creationis, vt quidam dixerunt; nisi de causa motiua & inductiua loquaris: sed ob excellentiam illam, à qua Christus habet, vt sit prima causa redemptionis & creationis.

13 Qualis adoratio debita humanitati ob dignitatem Capitis, &c.

An Christo debentur Latría ob beneficium Redem. psonis?

Dices; Honor est testimonium excellentiæ; ergo qui Christũ honorat ob excellentiam creatam, insinuat hanc esse præcipuam causam excellentiæ cur sit honore dignus; ergo potiùs afficit illum contumeliã, quàm honore. Sicuti si quis maximum Monarcham honoret titulo parui oppidi.

Respondeo; Si in Christo solùm esset excel-

lenti, vnus generis, posset argumentum aliquam vim habere; sed quia est diuersi generis, nempe creata & increata, realis & moralis, & vtraque summa in suo ordine, idè non censetur excludi maior cum honoratur propter minorem. Confirmatur; Quia possum dicere Christo: Veneror te, Domine, ob diuinitatem tuam, quæ est supremum principium meum; & propter eximia dona humanitatis tue, quibus omnem creaturam superas, meamque salutem es operatus. Veneror etiam sanctissimam Animam & Carnem tuam, ob summam dignitatem, quam ex vnione diuinitatis contraxit.

Minor Ed. tria Christi. Potest tribui sine detrimento honoris summi.

DVBIVM III.

Virum Sancti sint adorandi? & quomodo?

VT hæc Tractatio sit perfecta; Dicendum est etiam de cultu Sanctorum. Nam hæc quæstio huic materiæ de adoratione Christi summè est connexa, vnde ab omnibus Doctoribus simul tradi solet.

14

Hæretici nostri temporis omnes in eo conueniunt, Sanctos cum Christo regnantes nullo modo esse adorandos. Ratio præcipua est; quia cum adoratio sit duplex, Religiosa scilicet, & Ciuilis; Neutrã sunt colendi. Non Religiosã; quia esset idololatria; religiosã enim adoratio soli Deo debetur; quia religio nos solùm erga Deum disponit. Non Ciuilis; quia hæc tantummodò ad vitam politicam pertinet; est enim officium obseruantie, quo inter homines alius alium colit, ac proinde non pertinet ad Sanctos, qui non versantur nobiscum politicè aut ciuilitè. Quod confirmatur, Quia non cognoscunt, quæ apud nos geruntur. Eundem errorem habuerunt Wicleffites, teste Thoma Waldensi tom. 3. de Sacramentis cap. 108.

Hæretici nostri temporis.

Inter antiquos hæreticos non deprehenduntur aliqui expressè hunc errorem tenuisse præter Leonem Isauricum, & Constantinum Copronymum, qui publico edicto cultum Sanctorum & inuocationem interdixerunt, teste Cedreno in vita ipsorum.

Wicleffites.

Leo Isaur. Copronym.

Alij verò, vt Vigilantius, Eustachius Sebastianus, & Claudius Taurinensis, quibus hic error tribui solet, expressè id non docuerunt: sed solùm, cultum imaginum & reliquiarum oppugnant; quod longè aliud est. Nunc

Idem.

Dico Primò, Sancti, siue Angeli, siue homines, aliquã adoratione sunt prosequendi, quæ sit excellentior honore ciuili. Definita est hæc veritas in Septima Synodo act. 2. 3. 4. & 7. & in Concilio Tridentino sess. 25. capite de Inuocatione, veneratione & reliquijs Sanctorum, & sacris Imaginibus.

15 Sancti Adoratione plurquam Ciuili venerandis sacris.

Probatur Primò, Exemplis Scripturæ; Abraham enim adorauit Angelos, Gen. 18. Similiter & Loth Genes. 19. Balaam adorauit Angelum pronus in terram. Numeror. 22. Similiter Iosue, cap. 5. Iosue. Atqui hic cultus non erat ciuilis, qualem homines inuicem deferunt; quia non adorabant, nisi cum scirent esse Angelos, antea minime.

In Scriptura adorati Angeli.

Item 1. Reg. 28. Saul adorauit animam Samue- lis. 3. Reg. 18. Abdias Princeps adorauit Eliam. 4. Reg. 2. Filij Prophetarum adorauerunt Eli-

2. Hom. 1. 2.

N n iij zæum,

zæum, cum intellexissent requieuisse Spiritum Dei super illum. Dan. 2. Nabuchodonosor adoravit Daniele[m] seruum suum minime reluctan- tem. Nec obstat, quod iusserit adferri sacrificia, quasi existimarit Daniele[m] esse Deum; quia non voluit ea Danieli offerre, sed Deo Danielis, vt Hieronymus & Theodoretus in hunc locum notarunt.

Secundò idem probari potest testimonio Patrum. Sed hæretici non negant ita Patres sensisse, verum eos humano more in hoc lapsos fuisse, vel consuetudini populari se accommodasse.

*Ratio Ca-
sholica Af-
sertionis.*

Tertiò Probat[ur] Ratione: Sancto[rum] excellen- tia incòparabiliter superat omnem perfectio- nem & excellentiam humanam, seu politicam, est enim diuina, supernaturalis, & cœlestis: ergo debetur eis maior cultus, quàm ciuilibus. Probat[ur] Consequen- tia: nam adoratio debetur ob excel- lentiam; scilicet ob virtutem, sapientiam, nobili- tatem, potentiam: & adoratio ciuilibus debetur ob sapientiam, virtutem, nobilitatem, & poten- tiam humanam: ergo vbi hæc sunt penitus cœle- stia & diuina, longè sublimior adoratio debetur.

*Excellentia
ob quas Sa-
cti hono-
randi &
Adorandi.*

Quòd autem talia sunt in Sanctis, liquet. Nam Virtus illorum, est supernaturalis, & in ea sunt penitus perfecti & confirmati. Sapientia, est sum- ma participatio diuine lucis, qua fontem omnis veritatis contuentur, & in ipso omnium rerum causas. Nobilitas, est ex adoptione in Filios Dei, completa & confirmata per aditionem hæredita- tis. Potentia, est regnum cœli, iuxta illud Luc. 22. v. 29. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum. Et Apocal. 3. v. 21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Denique sunt in longè celsiore statu, quàm mortales: sunt enim in termino, in statu patriæ, & in statu æternitatis. Hinc manifestè sequitur, longè altio[re]m cultum illis deberi, quàm mortalibus. Confirmatur; Nam honor promittitur Sanctis, tamquam præmium ac cidentarium. 1. Reg. 2. Qui me honorificauerit, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt igno- biles. Ioan. 12. v. 26. Si quis mihi ministrauerit, hono- rificabit eum Pater meus. Dicitur autem Deus hono- rare, quia efficit excellentes & honore dignos, & vult eos ab alijs honorari.

*An sancti
res nostras
nec curant,
nec iurant,
vt fingunt
hæretici.*

Respondent hæretici. Etsi sint mortalibus ex- cellentiores; tamen quia nobiscum vitam non agunt, nec còmercium vllum nobiscum habent, non sunt à nobis colendi.

Respondeo, Etsi loco nobiscum non agant, tamen semper adsunt nobis spiritu: nam res no- stras cognoscunt, earum curam gerunt, & crebrò nobis opem ferunt: vt dictum est lib. 2. de Iustitia & Iure, cap. 37. dub. 6.

*16
Cultus sa-
cto[rum] Re-
ligiosus,
qui Du-
lia dicitur.*

Dico Secundò, Hic cultus Sanctis debitus rectè dici potest religiosus, & ad religionem perti- nens: non tamen est latria; sed cultus medius inter latriam, & ciuilem honorem, qui *Dulia* à Docto[rum] vocatur.

*Triplex
Excellentia,*

Vbi Notandum est; Cùm sit triplex genus ex- cellentiæ, scilicet Increata, Humana, & Cœle- stis: Increata, debetur honor latriæ; Humana, honor politicus, Cœlesti seu supernaturali, debe- tur cultus quidam medius, qui latriâ fit minor, sed politico sit maior.

*Quid sit
Religiosus,
Probat[ur]
ex eorum
Festis.*

Nunc Probat[ur] prior pars propositionis, Hunc cultum rectè dici religiosum. Primò, Quia hic cultus varijs rebus sacris, quæ etiam ad religio-

nem cultumque Dei pertinent, perficitur. Nam Sancti iam inde ab initio Ecclesiæ honorati fuê- re: Tùm diebus festis & anniterfariâ memo- riâ; etsi enim hi dies potissimùm ad cultum Dei dedicentur; tamen secundariò instituantur etiam in memoriam & honorem Sancto[rum]. Et hunc ritum esse ex traditione Apostolicâ, patet ex Tertulliano *De corona militis*; vbi ait esse tradi- tionem Apostolicam in natalijs Martyrum of- ferre oblationem. Tùm Memorijs templo[rum]; etsi enim templa primariò consecratur Deo ad sacrificium; tamen secundariò instituantur ad honorem Sancto[rum], vt fideles ibi peculiarem honorem illis tribuant, & eorum Reliquia tam- quam in honorifico mausolæo asseruentur. Hinc totus mundus plenus est antiquissimis Martyrum memorijs, id est, templis, vbi maxima diuinitus edita sunt miracula. Tùm denique honorantur Sancti religiosis peregrinationibus, votis, ieiunijs, vigilijs, luminibus, suffitibus, & similibus; vt docet Hieronymus aduersus Vigilantium; quæ omnia superant consuetudinem cultus ciuilibus. Nec tamen hæc ad idololatriâ vllò modo perti- nent; quia neq; ex natura sua, neque ex intentione exhibentium fidelium, sunt protestationes diui- nitatis.

*Ex Tem-
pli.*

*Ex Festis,
peregrina-
tionibus
&c.*

*Hæc non,
spectant ad
idolola-
triam.*

Secunda Ratio, Quia omnis illorum honor ad cultum Dei refertur, & in Deum redundat: vt docet Ambrosius ferm. 6. in fine: *Quisquis hono- rat Martyres, honorat Christum, qui spernit Martyres, spernit Christum.* Et Hieronymus epistola ad Riparium, *Honoramus seruos, vt honor seruo[rum] redun- det ad Dominum.* Ergo hac ratione potest hic cul- tus dici Religiosus.

*Honor san-
cto[rum] in
Deum re-
dundat.*

Tertia, Quia confert ad bonum spirituale ani- mæ; fouetque nostram deuotionem circa res sacras.

*Et proficit
erian ad
bonum
nostrum
spirituale.*

Quarta, Quia hic cultus defertur ob sanctita- tem & religionem ipsorum, qua inhaerent Deo.

Quinta, Excellentia, ob quas hic cultus datur, sunt participationes quædam excellentiæ diuinæ; ob quas ipsi eximio modo dicuntur *Filij Dei*, imò *Dij*, vt patet ex Scripturis: ergo & hic cultus est participatio quædam cultus diuini; ac proinde per participationem religiosus.

Ex his patet altera pars propositionis, scilicet hunc cultum non esse latriam. Nam latria defer- tur Deo propter excellentiam, quam habet, qua- tenus est primum omnium rerum principium, quæ nulli creaturæ est communicabilis; vnde nec hono- r eius.

*17
Cultus
hic non est
latria.*

Tertia pars; Scilicet hunc cultum esse medium inter latriam & ciuilem, similiter ex dictis colli- gitur: nam excellentia Sancto[rum] media est inter diuinam & humanam.

*Sed me-
dius.*

Hinc etiam Patet solutio argumenti hæretico- rum initio propositi. Non enim duplex, sed tri- plex est genus cultus. Quare, etsi cultus sancto- rum non fit latria, aut Ciuilibus, est tamen medius quidam cultus, qui rectè dicitur *Dulia*; quæ iuxta D. Thomam 2. 2. q. 103. est species Obseruantia: *Obseruantia* enim omnibus maioribus in dignitate constitutis honorè exhibet. Huius duæ sunt spe- cies; scilicet *Obseruantia ciuilibus*, quæ ob humanam dignitatem ordinis naturalis honorem defert: & *Obseruantia sacra*, quæ ob dignitatem supernatura- lem; & *Dulia* dici potest, eò quod alio nomine ca- reamus; quamuis hoc nomen propriè significet honorem

*18
Solutio
oblectio
hæretico[rum]*

*Dulia &
Obseruan-
tia.*

honorem quem serui Dominis exhibent. Verum omnes mortales erga Sanctos, tamquam erga suos Dominos merito se gerere debent.

Obiectio ad vera hæreticorum ex Matth. 4. Sed Obijciunt præterea hæretici; Matt. 4. diabolus tantummodo petit quandam, προσκύνειν, id est, quandam genuflexionem & inclinationem sibi à Christo deferri, & tamē refellitur verbis Scripturæ: *Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli serues.* Ergo soli Deo omnis inclinatio religionis causâ est exhibenda.

Solutio. Respondeo; Diabolus petebat προσκύνειν, id est, inclinationem adorationis in signum latriæ, vt omnes Patres testantur. Vnde rectè repellebatur verbis istis Deuteron. 6. v. 13. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues;* scilicet seruitute latriæ: Græcè enim est λατρεύεις, vt notat Diuus Augustinus q. 61. in Genesim. Hæbraicè quidem est THAGHAVOD quod nomen commune est ad omnem seruitutem; sed hæc accipitur pro certo genere seruitutis, quod soli Deo conuenit.

19 Obijciunt varia Scriptura exemplâ. Obijciunt Secundò: Esther 13. Mardocheus noluit adorare Aman: Rationem addit: v. 14. *Timus enim, ne transferrem honorem Dei mei ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo.* Act. 10. Petrus noluit adorari à Cornelio: vnde ait v. 26. *Surge; & ego ipse homo sum.* Apocal. 19. v. 10. Angelus recusauit adorari à Ioanne, *Quia,* inquit, *Conseruus tuus sum.*

Solutio. Respondeo, Quidam dicunt Aman voluisse adorari tamquam quædam Deum, sicut interdum moris erat apud barbaras Gentes. Ita D. Thom. 2. 2. q. 84. a. 1. & Lyranus in hunc locum Esther. Verum hoc parum est credibile: Primò, Quia Aman erat famulus Assueri Regis, & in eius palatio versabatur: cuius ergo insolentiæ & temeritatis fuisset exigere honores diuinos, quos nec ipse Rex postulabat? & quomodo alij aulici id tolerassent? Item, quomodo hac ratione iram Regis non concitasset? Secundò, Quia credibile est Aman eum honorem exegisse, qui illi mandato Regis erat constitutus, vt patet ex cap. 3. Esther: atqui nullo modo credibile est Regem voluisse, vt instar Dei cuiusdam coleretur. Vnde Respondeo cum Caietano in locum D. Thomæ iam citatum, illum honorem quem exigebat Aman, nõ fuisse nisi civilem apud alias Gentes, scilicet genuflexionem, vt ex cap. 3. colligitur. Sed apud Iudeos ex consuetudine fuisse Deo reseruatam, nec nisi rarò & ob grauem causam hominibus exhiberi solitum; nempe in signum magni vel doloris, vel timoris, vel insignis gratitudinis; vt videre est Ruth. 2. Iudith. 10. 1. Reg. 25. vbi Abigail Dauid. 2. Reg. 9. vbi Miphibozet Dauidè adorat. Deo autè ordinariè hic honor genuflexionis tribuebatur; vt patet 3. Regum 8. & 1. Esdræ 9. Hinc metuebatur Mardocheus, ne si ordinariè & solum reuerentiæ causâ Amano hunc honorem haberet, id cederet in iniuriam Dei & scandalum Iudeorum.

Qualem cultum Aman à Mardocho petierit. Ad alterum locum: Petrus ex modestia illum honorem recusauit, licet Cornelius rectè exhiberet. Ita Chrysoström in hunc locum Actoꝝ. Viri enim sancti ob humilitatem non ferunt sibi in hac vita, taptum honorem, quantus est prostratio in terram, deferri nisi ob raram aliquam causam. Hieronymus tamè contra Vigilantium scribens, existimat Cornelium putasse Petrum esse quid maius homine, sicut Gentiles putant de suis

Cur, & qualem honorem à Cornelio sibi ferri noluit D. Petrus. semi-deis: & ideo merito reprehensum. Verum D. Chrysoström sententia videtur probabilior. Ad Tertium locum: Respondet D. Augustinus q. 61. in Genesim. Angelum apparuisse talem, vt potuerit existimari Christus, & pro Christo adorari; Vnde, inquit, *corrigendus fuit adorator.* Verum communis sententia est Ioannem voluisse exhibere cultum conuenientem Angelicæ dignitati, sicut fecerant Sancti Veteris Testamenti; Angelum tamen prohibuisse, vt ostenderet, quanti fierent homines ab Angelis post naturam hominis à Deo assumptam, quam ipsi in Christo adorant. Et præfertim, quanti fierent Apostoli Principes Ecclesiæ, Christo coniunctissimi, eiusque spiritu singulariter præditi; quod satis verba Angeli insinuant, cum ait, *Conseruus tuus sum.* Ante Christi aduentum facillè patiebantur se ab hominibus adorari. Ita D. Greg. lib. 27. Moral. c. 11. Beda, Anselmus, Richardus, Rupertus, & alij in c. 19. Apocal. & Caietanus supra. Vnde etsi cap. 22. rursus Ioannes idem facere tentaret; Angelus tamen recusauit: quod euidentis signum est, Ioannem non voluisse adorare instar Dei.

Tertiò Obijciunt quædam testimonia Patrum, in quibus dicitur nec Angelos nec homines adorandos, sed solum Deum. Sed facillè respondetur, Patres agere contra Ethnicos, & loqui de adoratione latriæ. Quod verum esse, patebit inspicienti ipsorum verba.

Obijciunt Quarto, Adoratio Sanctorum ad hoc viuentium, non pertinet ad cultum religiosum: ergo nec eorum, qui ex hac vita migrarunt. Respondeo; Si homines Sancti nobiscum agentes adorentur propter sanctitatem supernaturali, & reliqua cælestia dona; vel propter dignitatem quam habent, quatenus sunt templa Spiritus sancti; sine dubio erit cultus religiosus, non civilis: quomodo Abdias vnus ex primatibus Regis, adorauit Eliam pronus in terram; & Nabuchodonosor Daniele; & filij Prophetarum Eliseum. Vnde D. August. lib. 20. contra Faustum cap. 21. *Colimus,* inquit, *Martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac vita coluntur Sancti Dei homines: sed illos tantò deuotius, quanto securius post incerta omnia superata.* Ex quo patet, Etsi hi cultus sint eiusdem speciei; is tamen, quo coluntur Sancti cum Christo regnantes, est perfectior, & quoad affectum seruitutis, qui feruentior & submissior est; & quoad notam externam, quæ etiam demissior esse solet. Nã procumbimus in genua, complicamus manus, accendimus luminaria, & excitamus suffitus in honorem Sanctorum; quæ tamen non præstamus viuentibus.

Quo sensu Patres doceant nec Angelos, nec homines adorandos. Obijciunt Quintò, Adoratio Sanctorum ad hoc viuentium, non pertinet ad cultum religiosum: ergo nec eorum, qui ex hac vita migrarunt.

Respondeo; Si homines Sancti nobiscum agentes adorentur propter sanctitatem supernaturalem, & reliqua cælestia dona; vel propter dignitatem quam habent, quatenus sunt templa Spiritus sancti; sine dubio erit cultus religiosus, non civilis: quomodo Abdias vnus ex primatibus Regis, adorauit Eliam pronus in terram; & Nabuchodonosor Daniele; & filij Prophetarum Eliseum. Vnde D. August. lib. 20. contra Faustum cap. 21. *Colimus,* inquit, *Martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac vita coluntur Sancti Dei homines: sed illos tantò deuotius, quanto securius post incerta omnia superata.* Ex quo patet, Etsi hi cultus sint eiusdem speciei; is tamen, quo coluntur Sancti cum Christo regnantes, est perfectior, & quoad affectum seruitutis, qui feruentior & submissior est; & quoad notam externam, quæ etiam demissior esse solet. Nã procumbimus in genua, complicamus manus, accendimus luminaria, & excitamus suffitus in honorem Sanctorum; quæ tamen non præstamus viuentibus.

ARTICVLVS III.

Virum Imago Christi sit adoranda adoratione latriæ?

Respondetur; Si imago Christi consideretur, vt res quædam est, scilicet vt res distincta ab exemplari, sic, non potest latriæ coli, imò nulla reuerentia ei debetur: quia hæc reuerentia soli rationali naturæ defertur. Si autem consideretur, vt imago; id est, vt substituitur loco exemplaris, & quodammodo includit ipsum exemplar per nostram apprehensionem, sic eodem cultu coli-

Sancti viuentes, coli possunt cultu Religiose. *20*

21 N n iij tu coli-

tu colitur, quo exemplar: unde cum exemplar colatur latrâ, imago quoque Christi latrâ colitur. Quod intellige per accidens. Hic nobis agendum breuiter de imaginibus Christi, Sanctorum, & Dei.

DVBIVM I.

Virum licitus sit vsus Imaginum Christi, Sanctorum, & ipsius Dei; præsertim in templis?

²² *Sententia hæreticorum, ac quorundam Catholicorum.*
Sunt tres sententiæ. Prima nullo modo esse licitum; quia omnes imagines sunt idola. Ita Iudæi, Mahometani, Marconistæ, Manichæi, Eutyichiani, & reliqui Iconomachi: vt docet Tharasius in Septima Synodo actione 5. & 1. Idè sentiunt Wicessitæ, & omnes hæretici nostri temporis. Vide Sanderum lib. 1. de Imaginibus cap. 10. vbi accuratè hac de re, & melius quàm alij, tractat.

Secunda sententia est, quorundam Catholicorum, licitum esse vsum imaginum Christi & Sanctorum; non tamen Patris, aut Spiritus sancti, aut Diuinitatis. Ita Henricus à Gandauo Quodl. 10. q. 6. Durandus in 3. dist. 9. q. 2. Abulensis in cap. 4. Deuteron. q. 5. Martinus Ayala de Traditionibus. Parte 3. tract. de Imaginibus.

Tertia est omnium aliorum Catholicorum, Pro qua; Dico Primò: Licitum esse vsum imaginum Christi, & sanctorum hominum & Angelorum; & etiam Dei, ac sanctissimæ Trinitatis.

²³ *Probaturs vsus Imaginum Christi & Sanctorum.*
Probatur de vso imaginum Christi & Sanctorum, Nam de his definitum est in Synodo septima act. 7. Actione autem 4. adferuntur plurima Patrum testimonia.

Exemplis Scriptura.
Probatur Primò ex Scripturis. Exodi 25. Iussu Dei fiunt imagines Cherubim super Arcam. Num. 21. Deus iubet fieri imaginem serpentis æneam. 3. Reg. c. 6. Salomon iubet fieri duas alias imagines Cherubim in propitiatorio aut sanctuario, & præterea in parietibus templi iubet alias imagines Cherubim poni, & varias picturas & celaturas. Cap. 7. In vasis templi boues & Leones: ergo multò magis possunt fieri imagines Sanctorum.

Et Primitiua Ecclesiæ.
Secundò probatur, Ex vso Ecclesiæ vniuersalis; qui vsus à Christo incepit. Nam primò, ipse Dominus linteo faciei admoto, imaginem sui expressit, & ad Regem Abagarum misit; vt testatur Damascenus oratione 1. de Imaginibus, & Euaagrius lib. 4. historia Ecclesiastica cap. 26. qui etiam refert ad imaginis illius præsentiam, ciuitatè Edessenam ab incendio fuisse liberatam. Et in Septima Synodo act. 5. Leo Lector testatur se eam vidisse. Secundò, Mulier, quæ fluxu sanguinis fuit liberata, ipsi imaginem erexit apud Paneadè, quam Christus & Apostoli sæpè videre poterunt; ad cuius basim crescebat herba, quæ cum sùmbriam statuæ attigisset, omnes morbos curabat. Testatur id Eusebius lib. 7. histor. c. 14. qui eam se vidisse ait: & Sozomenus lib. 5. hist. c. 20. & Damascenus supra oratione prima. Tertio, Aliam imaginem Christi dicitur fecisse Nicodemus, in qua Iudæi per ludibrium passionem Domini renouarunt; vbi multa acciderunt prodigia: qua de re scripsit librum Athanasius, qui recipitur à Synodo Septima act. 4. Vide plura huiusmodi apud Sanderum & Bellarminum.

Tertiò Probatur Ratione. Prima est, Vfus imaginum non est intrinsecè malus: nec malus, quia prohibitus: ergo non est malus. Quod non intrinsecè malus, Probatur, Quia aliqui ars pictoria & statuaria esset mala, sicut Necromantia & Chyromantia &c. quod est absurdum: tùm quia hæc ars interdù diuinitus est infusa; vt patet Exodi 31. & 35. scilicet ipsi Beseleel & Ooliab: tùm quia operari ad imitationem Dei, qui formauit hominem ad imaginem suam; & ad imitationem totius naturæ, quæ tota incumbit in hoc, vt sibi simile procreet, non est malum. Quod etiam non sit malus, quia prohibitus; Probatur Nec enim Iure Ecclesiæ, vt constat; nec iure diuino positio: tùm quia neque traditione, neque Scriptura, præsertim noui testamenti, id constat: tùm quia lex noua nullum continet præceptum positium, præter præcepta fidei & Sacramentorum.

Secunda Ratio, Vfus imaginum adfert pluri-^{utilitates} mas utilitates: ergo non est reijciendus.

Antecedens patet Primò; Quia imagines sunt libri idiotarum seu rudium; vt dixit D. Greg. lib. 9. epist. 9. sæpè enim melius docet pictura, quàm Scriptura. Et ex his possunt ferè omnia mytheria humanitatis Christi, & gesta Sanctorum, & passiones Martyrum intelligi.

Secundò; reuocant nobis in memoriam diuina beneficia Sanctis collata, quæ per ipsos etiam in nos redundarunt; vt per Apostolos, Pontifices, & Doctores: unde excitamur ad amorem Dei & sanctorum, gratiarumque actionem.

Tertiò; reuocant in memoriam exempla virtutum, & facta heroica: hinc prouocamur ad imitationem. De quo fusè in Septima Synodo varijs actionibus 2. 4. 6. 7.

Quartò; sunt quædam nostræ fidei professio; dum enim erigimus Sanctis imagines, testamur eorum fidem, doctrinam, & mores nobis probari, & nos detestari omnem idololatriam & impietatem, contra quam ipsi vsque ad mortem pugnarunt.

Quintò, Fouent in nobis fiduciam in aduersis: Nam insinuant nos habere ipsos apud Deum patronos. Sic Romæ passim omnes habebant imaginem Simeonis Stylitæ pendentem ante officinas, etiam dum adhuc viueret; vt testatur Theodorètus in vita ipsius.

Sextò, Sunt testimonia honoris & reuerentiæ nostræ, & amoris erga illos: nam omnium Gentium consensu, erectio statuæ est symbolum honoris & amoris. Vnde in Cod. Iustiniani est titulus *De statu & Imaginibus insignium personarum.* Et hæc fuit prima causa, cur Christiani caperint imagines desiderare, teste Eusebio lib. 7. cap. 14. Vnde hæc res non pendet ex reuelatione; sed, supposita Sanctorum dignitate, ratio naturalis hanc imaginum erectionem dicit. Has ferè utilitates insinuat Conc. Trident. sess. 25. in Decreto de Imaginibus.

Nec obstat; Quod imagines possent alicui esse occasio erroris; quia nulla creatura Dei est adeò bona, quin humana prauitas ex eà possit capere ansam peccandi. Deinde Pastorum industriâ huic errori facilè occurrat.

Alterâ Pars propositionis, Scilicet Imagines Dei & Trinitatis licitas esse, est communior Doctorum. Docet eam expressè Thom. Waldensis ²⁵ *Probaturs vsus Imaginum Dei & SS. Trinitatis.* tom. 3.

tom. 3. de Sacramentis, tit. 19. cap. 155. & Sanderus libro primo de Imaginibus c. 4. & Caietanus hic.

Probatur Primò, Exodi 25. Deus iussit fieri duo Cherubim ex auro. Salomon fecit duo alia ex olea; & alia in parietibus sculpsit. Item VII. Synodus act. 5. recipit imagines Angelorum: cur ergo non possit fieri imago Dei? cum in vtrisque eadem sit ratio, scilicet natura incorporea. Nec obstat, quod Angeli in Septima Synodo dicantur corporei; & ideo pingi posse. Nam illa ratio non est Concilij; sed cuiusdam Episcopi Thesalonicensis, ex cuius Dialogo citatur illa ratio; & quamvis Concilium approbet conclusionem, non tamen ipsam rationem. Nam & ratio falsa est, & ad rem non facit: si enim corpora haberet, ea essent tenuia; unde non magis quam Spiritus exprimi picturis possent.

An Angeli pingi possint, quia Corpori.

Deus sepe corporena specie apparuit.

Probatur Secundò, Deus sepe visus est specie corporea. Nam Adamo apparuit instar hominis decumbentis in paradiso ad auram post meridiem; vt multi recentiores docent. Iacob vidit innoxium fummitati scalæ. Gen. 28. Iffajas cap. 6. & Michæas 3. Reg. vlt. Viderunt Dominum sedentem in folio instar Regis. Amos cap. 6. Vidit illum stantē super altare. Daniel. cap. 7. Vidit sedentem in throno instar senis, capo capite, albis vestimentis, Matth. 3. Spiritus sanctus apparuit in specie columbæ. Cur ergo non possint hæc ita pingi ad eadem representanda?

Responsio Caluini refellitur.

Nec valet quod respondet Caluinus, Deum sic apparuisse, vt daret aliquod specimen futuræ Incarnationis. Quia non queritur quo sine tales figuræ sint licitæ; sed an absolutè & per se sint licitæ. Deinde interdum Deus Pater apparuit, vt patet Dan. 7. qui Filio hominis tradidit regnum; & tamen Pater non erat incarnandus. Denique Spiritus sanctus apparuit post Incarnationem.

Ex vsu Ecclesiæ.

Probatur Tertio, Ex vsu Ecclesiæ, quæ vbiq; recipit imaginem Patris sub specie hominis Senis, & imperatoria specie præditi. Et imaginem Spiritus S. sub forma columbæ; quam etiam approbat Synodus VII. act. 5. De qua forma vide Molanum cap. 6. de Imaginibus.

26 Imagines, non debent formali similitudine exprime rem, vt est.

Probatur Quarto, Ratione. Prima est, Quia vt harum Imaginum vsus sit licitus, non requiritur vt repræsentent rem formali similitudine, qualis in se est: alioqui imagines Angelorum & virtutum essent illicitæ; similiter imago Christi Domini in forma Agni esset illicita, quæ tamen recepta est in VI. Synodo can. 82. quamvis ibidè prohibeatur in posterum Christus in forma Agni pingi, eò quod Agnus sit figura Veteris Testamenti; vt rectè Bartholomæus Caranza ad illum Canonem annotauit: (quamquam ipsè fallatur circa imaginem Columbæ & Stellæ, hæc enim non prohibetur.) Consuetudo tamen imaginem Agni semper seruauit. Omnes hæc imagines carent formali similitudine ad rem, cuius sunt imagines: ergo sufficit repræsentatio analogica, secundum quam res corporales possunt repræsentare spiritalia; iuxta quem modum hæc imagines repræsentant Patrem, & Spiritum sanctum, & Spiritus Angelicos. De quo vide Dionysium c. vlt. Cælestis Hierarchiæ, & de Diuin. nomin. c. 10.

Christus pingi potest in forma Agni.

Secunda; Possimus interius formare imagines rerum corporalium, per quas Deum apprehendamus; cur non etiam foris?

Tertia; Scriptura tribuit Deo membra humana: cur non etiam pictura tribuat? Et quod Scriptura facit verbis; cur Artifex non faciat signis? An magis incurrit peccatū penicillus, quam penna? Imago quam littera? Vt rectè Thomas Waldensis ratiocinatur. Hinc pictura dicitur Græcè *ἑσχαπρία*, quasi dicas *Vina Scriptura*.

Non minus licet pictura Deo tribuere membra, quam scriptura.

Respondet Caluinus, quia Scriptura tollit periculum erroris, dum alibi docet Deum esse incorporeum: pictura non item.

Responsio Caluini refellitur.

Sed hoc non refert: Nam Pastores Ecclesiæ, populum satis docent Deum esse incorporeum; quod vt faciant, iubet Concilium Tridentinum sess. 25. Imò plures longè acceperunt ex Scripturis occasionem opinandi Deum esse corporeum, quàm ex picturis: nam Anthropomorpha ex Scripturis suum errorem hauserunt: ex picturis autem paucissimi, vel fortè nulli Christiani decepti sunt.

Sed contrà. Obijcitur Primò: Exodi 20. v. 4. Non facies tibi Sculptile; neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ in aquis sub terra: non adorabis ea, neque colēs.

27

Respondent quidam, Iudæis fuisse vetitam omnem imaginem, præsertim Dei; eò quod essent valdè rudes & procliuēs ad Idololatriam; ad quæ etiam consuetudine Ethnicorum quodammodo abripiiebantur, cum mundus Idololatriæ plenus esset: Verum hoc Præceptum fuisse posituum & temporale, scilicet vsque ad tempus Noui Testamenti, quando per Euangelij lucem populo Dei non erat amplius Idololatriæ periculum. Ita Caturinus opus. de Imaginibus. In qua sententia est etiam Alexander Aletius 3. parte q. 36. Albertus, Bonavent. Richardus, Paludanus in 3. dist. 9. & alij quidam recentiores. Est probabile.

An Præceptum. Non facies tibi Sculptile, Iudæis interdixit Imagines.

Sed contraria sententia videtur multò verior. Primo; Quia ipse Deus præcepit fieri in Veteri Testamento varias Imagines; nec tamen veritus fuit, ne incidere in Idololatriam. Secundò; Quia communis sententia Patrum est, totum Decalogum esse legem naturalem seruandam à Christianis, exceptâ determinatione de Sabbato in cultu diuino. Ita Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 31. Et ideo, inquit, similiter permanent (scilicet præcepta Decalogi) apud nos, extensionem & augmentum, & non dissolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Et infra dicit esse naturalia, liberalia, & omnium communia. D. Augustin. lib. 19. contra Faustum c. 18. dicit seruari à Christianis primum Præceptum totum: Non facies tibi Idolum, & cetera huiusmodi, id est, quæ in hoc Præcepto sequuntur: Epistola 119. c. 12. Ideoque, inquit, inter omnia illa decem Præcepta, solum ibi quod de Sabbato positum est, figurate obseruandum præcipitur. Idem docet D. Thomas 2. 2. q. 122. art. 1. & 2. Vnde patet hoc Præceptum non esse posituum Non facies tibi Sculptile.

Totus Decalogus est lex naturalis seruanda à Christianis, excepto Sabbato.

Vnde aliter Respondetur: Prohiberi illis verbis id, quod lege naturæ erat illicitum; scilicet, ne ritu gentilitio, & mente infideli facerent aliquam similitudinem, vt eam diuino cultu colerent: sicut tunc apud omnes pænè Nationes consuetum erat. Ita Beda lib. de Templo Salomonis c. 19. Thom. Waldens. tom. 3. cap. 152. Caietan. in hunc locum Exodi. Sanderus lib. 1. de Imaginibus c. 7. Castro V. Imago, hæresi 1. sub finem. Et colligitur apertè ex Patribus citatis.

Exponitur Exod. 20. Non facies tibi sculptile.

Qui-

Quibus adde Cyprianum lib. 3. Testimonium ad Quirinum cap. 59. & lib. de exhortatione ad Martyres cap. 1. quibus locis citans illud Exodi 20. *Non facies tibi Sculptile*, pro *Sculptile*, semper ponit, *Idolum*. Idem facit Tertullianus lib. de Idololatria cap. 4. & August. lib. 19. contra Faustum cap. 18. Idem August. q. 71. in Exodum dicit illa verba: *Non facies tibi Idolum, nec vllam Similitudinem*, esse solum explicationem eius, quod dictum erat, *Non erunt tibi Dij alij prater me*. Eandem sententiam tenet D. Thom. hic ad 1. Et patet ex eo, quod antecedit; quod est ratio totius Praecepti; *Ego sum Dominus Deus tuus*: Deinde subiungit; *Non habebis Deos alienos coram me*, scilicet fide & aestimatione interna. *Non facies tibi Sculptile &c.* *Non adorabis ea, neque coles*: quasi dicat: Nec interna aestimatione nec externo opere habebis Deum alium praeter me, *Quia ego Dominus*. Quod clarius patet Leuitici 26. v. 1. vbi idem repetens ait: *Ego Dominus Deus vester: non facietis vobis Idolum & Sculptile; nec titulos erigitis, nec insigne lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum: ego enim sum Dominus Deus vester*. Quasi dicat, ne honorem meum ad alios transferatis. Quae ratio nihil valeret; nisi ageretur de honore diuino. Similis locus est Deuteron. 4. v. 15.

28
Quomodo
nefas sit
Deo ima-
ginem po-
nere.

Obijcitur Secundo; *Isaia 40. Cui similem fecistis Deum; aut quam imaginem ponetis ei?* Idem significatur Sap. 15. & Actorum 17.

Respondeo; Ibi esse rationem de imagine, quae Deum exacte & ad viuum representet. Vide Caietanum hoc loco. Quomodo intellige Patres, dum dicunt, nefas esse Deo imaginem ponere. Nos autem loquimur de imagine, quae analogice Deum representat, quatenus res spirituales vtrumque formis corporalibus possunt adumbrari; vt tradit Dionysius lib. de Caestri hierarchia cap. vlt. Verum talem imaginem Iudaei & Ethnici non intendebant facere.

Diluntur
Obiectiones
Duran.

Ex His etiam facile soluuntur duae rationes Durandi. Prior est, formae illae, sub quibus Deus apparuit, non fuerunt a Deo hypostaticè assumptae: ergo imago illarum solum representat illas, non Deum.

Respondeo, Negando Consequentiam: vtrumque enim representat imago, & illam formam, & ipsum Deum per formam illam representatum. Sicut qui statuam Caesaris depingit, picturam illam vtrumque representat. Addo, talem imaginem etiam immediate posse Deum representare; sicut & forma illa sub qua Deus apparuit. Ratio est, quia hoc pendet ab intentione pingentis; sicut & aliarum rerum significationes ex hominum placito pendunt, modo in re sit fundamentum.

Altera Duran. Ratio. Hae formae non significabant diuinas personas, sed solum effectus earum: vt columba fecunditatem spiritalem baptismi, quam habebat a Spiritu sancto. Respondeo, Id verum non esse; nam ipse quoque Spiritus sanctus in Scriptura dicitur dari sub his signis, ac proinde representari. Deinde, etiam si immediate solum effectus representaretur; tamen mediata etiam illius auctor exhibitur; nam effectus representat suam causam.

29
Imagines
sacrae recte
in Ecclesia
collocantur.

Dico Secundo; Imagines Christi, & Sanctorum, & etiam ipsius diuinitatis, recte & pie in templis collocari. Prior pars de imagine Christi, & Sanctorum, est fide tenenda, definita in VII. Synodo

act. 7. & in Conc. Romano sub Gregorio III. & in Concil. Trident. sess. 25.

Probatur Primò; Quia populus Iudaicus, etiam in Idololatriam esset propensissimus, tamen habebat imagines in templo, non solum rerum corporalium, sed etiam spiritualium; vt patet Exodi 25. & 3. Regum 6. & 7.

Probatur Secundo, Ex vsu Ecclesiae; nam tempore Iuliani Apostatae, Christiani imaginem Christi, quam illi exerat Hemorrhoida, in templum intulerunt, teste Sozomeno lib. 5. hist. cap. 20. Et in templis a Constantino structis fuit maxima multitudo imaginum aurearum & argentearum, teste Eusebio lib. 3. & 4. de vita Constantini; & tamen tunc maxime cepit aboleri idololatria. Adrianus I. lib. pro Imaginibus sub finem, qui habetur post VII. Synodum tom. 3. Concil. refert Siluestrum, Damasum, Caestinum, Sixtum & Pelagium Pontifices templa varijs imaginibus exornasse.

Antiquis
simis vlt
magnum
in templis

Hinc patet apertum Caluini mendacium, qui ait primis quingentis annis imagines in templis non fuisse; nam haec omnia ante annum quingentesimum facta sunt.

Arguitur
Caluini
mendacij.

Probatur Tertio, Ratione: Primò, Nam utilitates suas commodissime praestant in templis; sed enim conueniunt homines, vt in se excitent fidem, spem, charitatem, religionem, imitationem Sanctorum, & similia. Secundo, Quia signa excellentium personarum debent poni in loco excellenti, sacra in facto, prophana in prophano. Tertio, Decet, vt imagines incolarum Caeli, sint incolae templi; nam templum est imago Caeli.

Imagines
in templis
expositas
utilitas.

Obijcunt Haeretici Concilium Elibertinum cap. 36. *Placuit in Ecclesia picturas esse non debere, ne ad quod colitur, vel adoratur, in parietibus depingatur.*

30
Cur Conc.
Elibertini,
vetuit pin-
gi imagines
in parietibus?

Respondeo; Non vetari statuas Sanctorum, vel Dei, aut picturas illorum in tabellis; sed solum in parietibus. Ratio est; Quia facile corrumpuntur vel mutilantur in parietibus, sed adque speciem contrahunt. Et hoc est quod ait, *ne quod adoratur, in parietibus depingatur*, scilicet in loco parum decoro, vbi proclius est fadatio.

Obijcitur Secundo, Epiphanius epist. ad Ioannem Hierosolymitanum sub finem epistolae, dicit contra Scripturae auctoritatem esse, quod in Ecclesia pendeat imago hominis. Vnde, vt ibidem ait, velum quoddam, in quo talis imago continebatur, appensum foribus templi, discidit.

An illicitè
dicit Epipha-
nius, vt pendeat
imago San-
cti in Ec-
clesia.

Respondeo Epiphanium aperte loqui de imagine hominis ignoti & prophani: *Inueni velum, inquit, pendens in foribus Ecclesiae, & habens imaginem quasi Christi vel sancti alicuius, volebat ergo non fuisse Christi vel sancti alicuius, sed hominis prophani, eo honore & modo, quo solet Christi vel sancti imago depingi.* Ita Marius Victorinus in scholijs ad illam epistolam, quae inter Epistolas Hieronymi est sexagesima. Quod confirmatur; Quia alioqui homines illius loci contra Epiphanium tamquam contra iconomachum murmurassent: & Ioannes Hierosolymitanus eius aduersarius, id ei obieisset; quod tamen non fecit.

DVBIVM II.

Virum Imagines Christi, Sanctorum, & Dei aliquo cultu & adoratione sint venerandæ?

31
Opiniones
hæreticorum
circa cul-
tum ima-
ginum.

OMnes hæretici supra memorati negant vllâ adorationem aut reuerentiam imaginibus deferendam. Caluinus tamen admittit imagines ad repræsentationem historicam, id est, cum illis circumstantijs, quibus historia aliqua exhibetur; nudas autem nullo modo. Quidam Lutherani etiam ad ornatum templorū permittunt. Denique, Quidam tempore VII. Synodi etiam ad memoriam prototypi imagines recipiebant, sic tamen vt nullum eis reuerentiæ signum dicerent exhibendum, sed soli prototipo; quos Epiphanius vocat *Semi-probos & Falsi-ueros*. Idē videntur sensisse qui Parisijs sub Ludouico & Lothario congregati fuere.

Imagines
sacras ve-
nerandas,
est de Fide.

Sed Communis Catholicorum sententia est, Imagines Christi & Sanctorum aliquo honore externo, seu externâ adoratione esse afficiendas; id est, deferenda ijs esse signa feruitutis & submissionis, genuflexione, nudatione capitis, amplexu, osculis, luminaribus, suffitibus, & similibus. Est fide tenenda, definita in VII. Synodo act. 7. Est-que traditio Apostolica, vt docet Damascenus libro 4. de Fide cap. 17. Item in Synodo Romanâ sub Gregorio III. pro imaginibus celebrata Episcoporum pæne mille. Et in alia Romana sub Stephano III. Deniq; in Synodo Florent. sess. 5. & in Trident. sess. 25.

Exempla
Scripturae,
Arca Fæ-
deris.

Probatur Primò, Ex Scripturis: Psalm. 98. v. 5. *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.* Respondent hæretici per scabellum intelligi tem-
plum: & sensum esse *adorare in templo*, scilicet Dominū, quia sanctus est. Sed cōtrâ, quia templum nusquâ appellatur *scabellum Dei*, sed *Arca fæderis*, vt patet 1. Paralip. 28. v. 2. *Parati locum, vbi requiesceret Arca Domini, & scabellū pedū Dei nostri.* Et Psalm. 131. v. 7. *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus ad scabellum pedum eius, vt habent Hebræa: id est, adorabimus ad Arcam.* Dicebatur autem *Arca scabellum Dei*, quia supra arcam erat propitiatorium, veluti quædam Dei sedes, quod tenebatur à duobus Cherubim: vnde etiâ Dominus dicitur *sedere super Cherubim*. Nunc, si Arca est adoranda, quia sancta, id est, Deo dicata; etiam imagines adorandæ sunt, quia sanctæ: referunt enim res sacras, & diuino cultui sunt dicatæ. Hac ratione vtitur Synodus VII. act. 3. addens etiam Propitiatorium, & totum Tabernaculum adoratum à Filijs Israël.

Imagines
Cherubim.

Probatur Secundò; In veteri testamento adorabantur imagines Cherubim, teste Hieronymo epist. ad Marcellam: *Venerabantur, inquit, olim Iudaei sancta sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & Propitiatorium, & Arca testamenti.* Præterea, Serpens æneus Numeror. 21. multorum sententiâ, adorabatur quadam corporis inclinatione: quod insinuat D. August. lib. 3. de Trinit. cap. 10. vbi serpentem æneum numerat inter signa Deum representantia; *Quæ signa, inquit, poterant habere religiosam venerationem.* Et ratio est, tūm quia erat figura Christi; tūm quia in sublimi positus salutem aspicientibus conferebat: quod non videtur factum sine religiosâ veneratione: signa enim vti-

Serpens
æneus.

lia diuinitus instituta, veneranda sunt; quia honor eorum ad prototypum transit. Ergo etiam imagines Christi & Sanctorum sunt venerandæ.

Probatur Tertio, Ex Patribus. Est enim hæc communis omnium sententia. Plurimi citantur in VII. Synodo sex prioribus Actionibus: & à Damasceno tribus orationibus de Imaginibus.

Probatur Quarto, Ratione: Prima est, Quia adoratio sæpe est miraculis comprobata; quorum quædam referuntur in Septima Synodo Act. 4. & 5. & à Damasceno tribus orationibus de Imaginibus. Vide præterea Eusebium lib. 7. histor. cap. 14. de herba ignota ad statuum Saluatoris, quæ curabat omnes morbos. Et Sozomenum lib. 5. hist. cap. 20. de imagine Iuliani, quæ caelesti igne consumpta est, cum in locum imaginis Christi esset posita. Euagrium lib. 4. histor. cap. 26. de incendio Edessena vrbis per imaginem Christi extincto. Et Athanasium de passione imaginis Christi, vnde sanguis effluxit, qui curabat quosuis infirmos. Et confirmatur ex odio Dæmonis, quo hanc venerationem prosequitur. Cuius Exemplum extat in Prato spiritali Sophronij c. 45. de quodam sene, qui vehementer spiritu fornicationis sollicitabatur; cui apprensus Diabolus promisit se discessurum, si imaginem B. Virginis, cui in cubiculo habebat, non amplius venerari vellet: quod refertur in VII. Synodo, action. 5. Vide Molanum cap. 6. de Imaginibus.

32
Miracula
per imagi-
nes facta.

Secunda Ratio, Quia Imaginum oppugnatores fuerunt homines impij; vt Iudæi, Samaritani, Mahometani, hæretici: vt pater ex historijs, potissimum Paulo Diacono, Sonara, & Nicephoro. Defensores autem fuerunt viri sanctissimi & Doctissimi: vt Gregorius I. & Adrianus I. Pontifices; Germanus, & Tharasilus Patriarchæ Constantinopolitani, Damascenus, Methodius, & alij.

Hæreses
Imaginū,
sunt im-
pij. Defen-
sores, san-
cti.

Tertia denique Ratio, Quia personis excellentibus debetur honos, non solum in seipsis, sed etiam in suis imaginibus, quæ vicem illarum in absentia suppleunt. Sicut amico debetur beneficium, non solum in se; sed etiam in rebus suis; v. g. iumento. Vnde honor qui exhibetur imagini, transit in exemplar; sicut contumelia facta imagini, censetur contumelia exemplaris, vt communis hominum sensus docet. Quæ ratione vsus est Simeon Stylites in Epist. ad Iustinum Iuniorem, vt refertur in Synodo VII. Act. 5. Vide etiam Eusebium lib. 9. cap. 10. histor. de statu Maximi deicctis: Et Chrysof. orat. 2. & 3. ad populum de statua vxoris Theodosij.

Honor
imaginis
transit in
prototypum

Sed contra Obijciunt hæretici multa loca Scripturæ, quibus prohibetur cultus simulacrorum. Sed hæc nihil ad rem: Imagines enim nostræ non sunt simulacra. Simulacra enim sunt idola, id est, falsæ similitudines, scilicet falsorum Deorū: nostræ autem imagines sunt similitudines rerum verarum. Deinde Ethnici colebant, vel ipsa simulacra tamquam Deos, vt patet Isaiæ 46. Psalm. 134. Abacuc. 2. Baruch. 6. Actor. 9. vel falsos Deos, qui per simulacra repræsentabantur; sicut in forma vituli Deum Ægyptiorum Apim, Exod. 32. Et Philosophi in Simulacris colebant elementa mundi, vel Dæmones ipsos, teste D. Aug. lib. 8. de ciuit. c. 23. & 24. Nos autem nec imagines ipsas, nec Sanctos repræsentatos, tamquam Deos colimus.

33
Obijciunt
hæretici
Scripturâ.

Secundò, Obijciunt duo Concilia Constantinopoli-

34
2. Obijciunt
duo Conci-
lia Constā-
tinopolis.

tinopolitana; alterum sub Leone Isaurico, siue Iconomacho, alterum sub filio eius Constantino Copronymo quibus definitur *imagines esse abolendas*, vt colligitur ex Paulo Diacono lib. 21. & 22. rerum Romanarum.

Respondeo, sub Leone nullum fuisse tale Concilium more Ecclesiastico congregatum; sed solum videtur fuisse congregatio hominum laicorum, ad quam ipsum Patriarcham pertrahere voluerunt: vnde nullus auctor talis Concilij meminit. Sub Constantino autem, fuit quidem congregatum Concilium 138. Episcoporum; sed ferè omnes erant hæretici: neque more visitato congregatum fuit; neq; Romanus Pontifex per se aut per Legatos adfuit, nec vllus Patriarcha; vt patet ex Paulo Diacono, Cedreno, & Sonara. Vnde Septima Synodus vocat hanc Synodum profanam, adulterinam, & execrabilem.

35
3. Obijciunt
Synodum
Franco-
furtens.

Tertio, Obijciunt Synodum Francofurtiensem celebratã circa annum Domini 790. quæ fuit auctoritate Adriani Papæ congregata. In hac dicitur esse damnata Synodus VII. quæ imagines colendas definierat. Quod confirmant ex fragmento quodam Hincmari, desumpto ex libro quem scripsit contra Episcopum Laudunensem cap. 20. vbi dicitur in Concilio Francofurtiensi Septimã Synodum (quam ipse vocat *Pseudo-synodum & sine auctoritate sedis Apostolica factam*) esse destructam & abdicatam: *De cuius, inquit, destructione non modicum volumen, quod in palatio adolescentulus legi, ab Imperatore Romano missum est. Item ex libro, quem vocant Carolinum, & dicunt conscriptum a Carolo Magno contra VII. Synodum: vbi sic dicitur in Præfatione: Allata est in medium (scilicet Concilij Francofurtiensis) quæstio noua de Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, vt qui imaginibus sanctorum, ita vt desicce Trinitati seruitium aut adoratione non impenderent, anathema iudicarentur. Et paulò post; quod sanctissimi Patres nostri (scilicet Concilij Francofurtiensis) consentientes damnarunt.*

Confirmat
ex Hinc-
maro.

Et libro,
qui dicitur
Carolinus.

Respondent quidam, Concilium Francofurtiense damnasse quandam Synodum Constantinopolitanam hæreticam, quam hæretici vocabant *Septimam Synodum*: non autem damnasse veram *Synodum Septimam*, quæ est Nicæna Secunda. Ita Alanus Copus valdè fusè, dialog. 4. cap. 18. 19. & Sanderus lib. 2. de Adoratione imaginum cap. 5. & Surius in præfat. ad Synodum Francofurt. tom. 3.

36
4. Obijciunt
Synodum
Franco-
furtens.

Verum hanc sententiam benè refutat Bellarminus. Illa enim Synodus Constantinopolitana, non erat pro adorandis imaginibus facta, sed pro vastandis. Adde, Præfatio libri Carolini citatè loquitur de Synodo quæ facta est pro adorandis imaginibus, idque in Bithynia, vbi est Nicæa, non Constantinopolis: vnde etiam Auctor ille totus est in Synodo Nicæna oppugnanda. Nec obstat, quòd dicat *Constantinopoli factam*; in hoc enim lapsus est auctor: facilius enim erat labi in nomine vrbs, quàm Regionis, & totius quæstionis scopo, quæ in Concilio tractata est. Idè patet ex fragmento Hincmari, qui expressè loquitur de Nicæna Synodo, quæ decernit imagines esse adorandas.

Respondent quidam, Concilium Francofurtiense damnasse quandam Synodum Constantinopolitanam hæreticam, quam hæretici vocabant *Septimam Synodum*: non autem damnasse veram *Synodum Septimam*, quæ est Nicæna Secunda. Ita Alanus Copus valdè fusè, dialog. 4. cap. 18. 19. & Sanderus lib. 2. de Adoratione imaginum cap. 5. & Surius in præfat. ad Synodum Francofurt. tom. 3.

Vnde alij respondent in Synodo Francofurtiensi verè quidem damnatam esse Synodum Nicænam, sed ex ignorantia facti; eò quòd illi Pa-

tres decepti ab auctore libri Carolini putarent in Septima Synodo esse definitum, vt imagines colerentur cultu latriæ; & ipsam fuisse celebratam sine auctoritate Papæ: vnde contra vtrumque decretum fecerunt.

tres decepti ab auctore libri Carolini putarent in Septima Synodo esse definitum, vt imagines colerentur cultu latriæ; & ipsam fuisse celebratam sine auctoritate Papæ: vnde contra vtrumque decretum fecerunt.

Verum non est satis credibile Synodum Francofurtiensem potuisse id de Nicæna II. exiltimare. Primò, Quia constabat plus quàm Trecentis Episcopis, ex tota Gallia, Germania & Italia: & acta Synodi Septimæ missa erant ab Adriano ad Episcopos Gallie, vt testatur Hincmarus loco citato. Vnde non poterant ignorare, quid ibi esset definitum. Secundò, Quia legati Adriani intererant, qui facillè potuissent Patres Concilij de sententia VII. Synodi instruire: nam idem Papa Legatos suos in Septimã habuerat. Tertio, Quia nulla est ratio, cur Patres Concilij Francofurtiensis possent in animum inducere, VII. Synodum voluisse instaurare apertam idololatriam.

Dicendum ergo est, Concilium Francofurtiense nihil contra cultum imaginum vel VII. Synodum definiuisse. Primò, Quia summum honorem deferunt Pontifici, cui etiam suas definitiones subiiciunt. Vnde non est credibile illos quidquam contra illius mentem tentasse. Secundò, Quia Adrianus in refutatione libri Carolini, huius definitionis aliquam mentionem fecisset; quia liber ille tunc temporis conscriptus est. Tertio, Quia non est credibile coram Carolo Magno, qui intererat, errorem Iconomachia esse instauratum, cum ad ipsum fuerit imperium Occidentis à Leone III. annis ferè septem post Synodum Francofurtiensem delatum, eò quòd Imperatores Orientales essent Iconomachi; vt notauit Sanderus lib. 2. cap. 5.

Ad Testimonium Præfationis Carolini, Respondeo Primò; Incertum esse, de quibus iste Auctor loquatur, vtrum de Patribus Concilij Francofurtiensis, an de quibusdam alijs circa id tempus alibi congregatis; quod longè est verisimilius. Nam illa parenthesis omnino addititia videtur, vt rectè notauit Surius in præfatione ad Synodum Francofurtiensem. Secundò; Constat Auctorem illum fuisse, non Carolum Magnum, vt optime ostendit Bellarminus, sed fortassis hæreticum & merum impostorem. Nam imponit Synodo II. Nicæna, quòd iusserit *adorari imagines latriæ*, cum tamen expressè plus quàm decies id non esse faciendum doceat. Nec id potuit ille Auctor ignorare, cum plurima ex illius actis adducat: sed facit more hæreticorum, qui omnem venerationem, quam Catholici imaginibus exhibent, idololatriam vocant.

Hincmarus autem deceptus est ex libro Carolino, cum adhuc adolescentulus esset: & alij ex Hincmaro: vt fusè ostendit Gabriel Vasquez lib. 2. de Adoratione diip. 7.

His Adde, quidquid sit de Concilio Francofurtiensi; Synodus Nicæna est vniuersalis, prior, & sine controuersia approbata à Pontifice Adriano & Leone III. At Synodus Francofurt. non est vniuersalis; & si quid tale definiuit, non est approbata. Nam Centuriatores Magdeburgenses centuria 8. c. 9. dicunt Adrianum & Legatos eius repugnasse huic definitioni. Quod si verum est, est nullius auctoritatis, vel ipsa Synodo Francofurtiensi teste, quæ expressè docet vltimum iudicium controuersiarum ad Romanum Pontificem pertinere.

DVBIVM III.

*Vnum Imaginibus secundum se consideratis
debeatur aliqua adoratio? & Quo-modo
sint adoranda?*

37

Quidam Doctores docent, Imagines posse dupliciter considerari. Primò, secundum se, secluso exemplari, ita vt ipsa sint integer terminus adorationis; exemplar autem sola sit ratio cur ipsa adorentur, & non id quod simul adoratur: & sic deberi eis minorem adorationem, quam exemplaribus. Secundò, quatenus quodammodo includunt ipsum exemplar, veluti vitam quandam: & sic eodem cultu adorari, quo exemplar. Ita Sanderus lib. 2. de Imaginibus cap. vlt. & plerique recentiores.

38
Imagines secluso exemplari, non sunt capaces adorationis.

Dico Primò; Imago, si consideretur per se, excludo exemplari, non est capax adorationis propter exemplar, sed solum quatenus cum ea consideratur exemplar, quod semper est proximus terminus, & proximum obiectum formalis adorationis. Colligitur id ex D. Thoma hic art. 3. 4. 5. & Caiet. ibidem. Alexandro Halensi 3. p. q. 30. memb. 3. a. 3. Bonauent. Richard. Palud. Capreol. Almaino & Maiore dist. 9. Eandem tenet Waldensis rom. 3. cap. 136. & multi alij recentiores, quos citat Gabriel Vasquez lib. 2. de Adoratione. Disput. 8.

Probatur, simul & explicatur. Primò, Imago secundum se est res inanima: ergo non est capax honoris. Patet consequentia: quia non est capax contumeliae, sicut nec iuris aut iniuriae, beneficij aut maleficij: sola enim natura rationalis horum est capax, quae potest honorem & contumeliam, tamquam bonum quoddam & malum apprehendere, appetere, fugere.

Adoratio, quae pertinet ad iustitiam, non est nisi ad alterum capax rationis.

Probatur Secundò; Quia Adoratio est actus Religionis, vel Obedientiae, vel Pietatis: haec autem virtutes sunt partes potentiales Iustitiae; vt docet D. Thomas 2. 2. qu. 80. art. 1. Iustitia autem non est, nisi ad alterum rationis & libertatis participem; in libertate enim ius fundatur: ergo respectu imaginum secundum se consideratarum non est vllus actus adorationis.

Illustratur exemplis: 1. Beneficentia.

Confirmatur quibusdam exemplis. Primò, Charitatis seu Beneficentiae: qui enim diligit amicum, non solum ipsi in se immediate bene vult, & bene facit, sed & cani & equo rebusque alijs ipsius: haec tamen voluntas & externa tractatio equi & canis, non est formaliter actus amicitiae respectu ipsorum, seu vt ad ipsos terminatur; sed respectu Domini, quatenus haec voluntas & externum beneficium transit in Dominum. Nam bene tractare equum amici, quia eius equus est, est beneficium facere amico; non autem ipsi equo, nisi materialiter: est enim actus materialis beneficentiae, qui vt fiat completus & formalis actus, debet referri in ipsum Dominum. Eodem modo, qui veneratur Deum & Sanctos, non solum ipsi in se honorem exhibet, sed etiam in suis imaginibus, & per illas. Verum hic actus, quatenus terminatur ad ipsas, non habet rationem adorationis formalis, sed quatenus transit in exemplar. Exhibere enim imagini B. Virginis notam externam adorationis, est formaliter adoratio ipsius B. Virginis, ita vt ipsa sit immediatus terminus & ob-

iectum illius cultus: imago autem solum est terminus illius actus externi materialis.

Secundò, Exemplo iustitiae particularis. Si enim habeas equum Petri commodatò, ex iustitia teneris illum bene tractare, haec tamen bona tractatio equi, non est actus iustitiae respectu equi, sed respectu ipsius Petri: respectu autem equi est solum materia actus iustitiae. Pari modo, honorifica tractatio imaginis, non est formalis adoratio imaginis, sed exemplaris; idque ex natura rei, siue actionis; neque opus est noua metis reflectione.

2. Iustitia particularis.

Probatur Tertio, quòd Imago per se non sit capax adorationis. Nam adoratio, quatenus est actus virtutis, constat duabus partibus, sicut & quouis alius actus virtutis exterior: nempe interno affectu seruitutis seu submissionis, qui est formale adorationis; & externà notà submissionis, quae est materiale: & ex his duobus constat integer actus adorationis, quatenus adoratio est actus virtutis patriae vel dulciae. Idem conuenit in actu Iustitiae & beneficentiae. Nam actus Iustitiae, vt sit virtutis, requirit affectum internum ad satisfaciendum iuri alterius, tamquam formale; & externam redditionem, tamquam materiale. Actus beneficentiae requirit internum affectum erga alterum vt amicum, & externum beneficium. Nunc sic licet argumentari. Id quòd est formale in adoratione, scilicet affectus submissionis, ipsaque interior submitio, nullo modo tendit in ipsam imaginem secundum se, sed tantum in exemplar. Neque enim interius agnoscimus imagines nobis superiores; nec interno affectu nos illis tanquam minores & seruos, subijcimus tamquam maioribus & Dominis nostris: ergo ipsae secundum se nullo modo sunt adorandae. Secundum se, inquam, id est, seunctae ab exemplari, ita vt adoratio non sit ipsius exemplaris.

39
Adoratio, constat formali & materiali.

Formale Adorationis non tenet in imaginem secundum se.

Probatur Quarto, Testimonijs Conciliorum & Patrum. Synodus VII. act. 7. definit imaginibus exhibendam salutationem & honorariam adorationem, non autem veram patriam. Rationem subdit: *Imaginis enim honor in prototypum resultat; & qui adorat imaginem, in eam adorat quòque; descriptam hypotheseim, id est, exemplar.* Hic Concilium docet imagines non adorari patriam, quia non ita adorantur, vt in ipsis sistatur, siue vt affectus seruitutis in illas dirigatur; sed ita, vt omnis honor externus illis exhibitus transeat in exemplar, quod in ipsis adoratur. Sicut si quis diceret, canem Petri à te non diligi dilectione amicitiae, eò quòd beneficium ipsi impensum non sit ipsius, sed Petri amici tui.

40
Probatur conclusio, ex Synodo VII.

Dices; Etsi honor imaginis transeat in exemplar, non tamen sequitur, eam per se non honorari. Nam simili modo in Syn. VII. act. 4. dicitur, *Eum qui Martyrem colit, Deum ipsum colere, & tamen Martyr secundum se colitur.* Et Damasc. lib. 4. de Fide c. 17. *Sanctorum honorè, dicit, in ipsum Deum transire.*

Respondeo; Patres interdum vt cuiusmodi similitudine, vt in genere ostendant imagines coli posse: tamen non volunt esse omnino eandem rationem imaginis ad exemplar, & sanctorum ad Deum. Nam Sancti sunt capaces honoris secundum se, & habent intrinsecam dignitatem honorabilem, qualis est virtus, sapientia, potestas: vnde sine vllò respectu, aut cogitatione de Deo, possunt honorari. Imagines autem nec honorem possunt capere, nec habent excellentiam vllam venerabilem: vnde per se, aut sine notione exemplaris, adora-

Martyr per se, sine respectu ad Deum, coli potest. Non sic Imago.

ri nequeunt. Dicitur autem honor Sanctosum in Deum redundare, sicut opus misericordiae impensum proximo, dicitur impensum Deo: iuxta illud Matth. 25. v. 40. *Quod uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; nempe, quia Deo gratum est & acceptum, sicut si sibi factum esset.

Ex Concilio Tridentino.

Conciliū Trid. sess. 25. In decreto de sacris imaginibus, definit imaginibus debitum honorem & venerationem impertiendam, quia honor qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa repræsentant: *Vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus; Christum adoremus & Sanctos, quorum illa similitudinem gerunt.* Hic Concilium explicat modum, & rationem, cur sint adorandæ; insinuans non esse alium modum; nam loquitur dogmaticè contra hæreticos. Sicut si quis diceret, equum acceptum commodatò à Petro, benè tractandum, quia illa tractatio refertur ad Petrum, cuius est equus; vt per hanc equi curam, Petro debitum officium iustitiæ præstes. Ex quo patet Concilium velle, adorationem imaginis, esse adorationem exemplaris.

Idem motus in imaginem & exemplar.

Vnde dici solet esse eundem motum in imaginem & in exemplar: quod propriè verum est de motu adorationis. Nam eadem numero adoratione adoratur imago & exemplar, cum imaginis adoratio, sit adoratio exemplaris. Non est tamen idem motus cognitionis aut amoris in imaginem, & exemplar, quidquid dicat Caietanus hoc loco: nam alio actu amatur & cognoscitur imago, alio exemplar. Quodam tamen sensu potest dici idem motus cognitionis in imaginem & exemplar; nempe si imago accipiatur pro specie intelligibili, vel phantasmate, & exemplar pro obiecto: quo modo Aristoteles loquitur in libro de Memoria & recordatione cap. 2. citatus à D. Thoma: sed tunc motus cognitionis potius est per imaginem, quam in imaginem; phantasma enim, non est id quod cognoscitur, sed quo vis cognoscendi cognoscit obiectum. Omitto alia testimonia; quorum plurima sunt in Septima Synodo; in quibus dicitur, *Vnà esse adorationem ipsius imaginis & prototypi, eò quod imaginis honor ad exemplar transeat.* Item, *Imagines adorari, quia per eas adoratur prototypum.*

41
2. Obiectio, ex VII. Synodo.

Sed contra. Primò, Obijciuntur varia testimonia Patrum Septimæ Synodi, in quibus dicitur *Imagines non esse adorandas cultu latriæ, sed osculo, honoraria salutatione, suffitu, luminaribus.* Et Actione 6. inter cetera sic dicitur: *Quapropter non indignas habemus eas honore, salutatione, & veneratione; debitamque adorationem illis dare debemus: sive ergo placebit salutationem, sive adorationem appellare, idem profectò erit, modò sciamus excludi latriam; hæc enim alia est à simplici adoratione.* Ergo illi Patres volunt imagines secundum se coli aliquo cultu, sed minore quam latriæ. Nã si considerentur cum exemplari; sic imago Christi & Trinitatis colitur latriæ.

Solutio.

VII. Synodus dicit imagines non latriæ, sed simplici si honore colendas.

Respondeo, Negando Consequentiam. Cum enim dicant illas latriæ colendas non esse, sed simplici honore & salutatione, non loquuntur de illis secundum se consideratis, quasi sic possint aliquo honore affici, qui nõ sit honor exemplaris; sed loquuntur de illis, vt exemplari coniunctis: nam ibidem docent vnã esse adorationem imaginis, & exemplaris, & honorem imaginis transire ad exemplar. Volunt ergo dicere ipsas imagines latriæ non coli, quia latriæ significat affectum internum seruitutis, internamque subiectionem ad alterum, tamquam ad primum

omnium rerum principium; qui affectus & interna submissio non defertur imaginibus Christi & Trinitatis, sed solum exemplari: externa tamen nota submissio, v. g. genu flexio, in executione proximè defertur imagini, & per imaginem transit in exemplar, quamuis intentione primò dirigatur in exemplar. Et quia hæc nota non habet rationem latriæ, vt tendit in imaginem, sed simplicis adorationis, seu salutationis, idè dicuntur imagines coli cultu minore, quam latriæ: non quòd hic actus externus sit cultus completus, vt terminatur ad imaginem; sed quia non habet rationem latriæ respectu imaginis, verum simplicis adorationis: idem tamen actus externus est latriæ respectu exemplaris, quatenus per imaginem in exemplar transit. Sicut si benè tractes equum Petri, ille actus respectu equi, non est actus charitatis vel iustitiæ, sed bona custodia: respectu tamen Petri, est actus charitatis vel iustitiæ.

Sed vt hæc melius intelligantur: Notandum est, hæc nomina, *Adorare, salutare, osculari, ple-* Differen-
tia inter
adorare,
salutare,
&c. & in-
ter latriam
ac cultum. rumque accipi pro externâ adoratione, id est, pro externâ notâ submissiois; quamuis interdum etiam comprehendant internam submissioem & affectum seruitutis erga eandem rem, cui externa nota immediatè in executione defertur; vt patet ex VII. Synodo act. 7. in epist. Tharasis ad Constantinum & Irenem. Vnde infert idem Tharasis *Crucem & lanceam Domini rectè dici adorari*, quia hæc externa nota, scilicet *osculum, genu flexio, apertio capitis* illi defertur. *Latriæ* autem & *dulciæ* tantum accipi pro interno affectu seruitutis, id est, quo quis se interiùs tamquam seruum agnoscit & submittit alteri vt superiori; & pro actu externo, quatenus ex affectu interno erga eundem procedit: vnde vtraque vocatur passim *Adoratio in spiritu*. Hinc idem Tharasis docet *Crucem & lanceam Domini nõ adorari latriæ*. Ex his liquet imagines latriæ aut dulciæ non coli, sed simplici notâ adorationis; quia interna submissio non dirigitur ad illas, sed ad exemplar tantum; externa tamen nota in executione immediatè illis adhibetur.

Obijciuntur Secundo; Legatus Regis non solum adoratur, quatenus substituitur loco Regis, & in ipso consideratur Rex, vt quando in comitijs locum Regis obtinet; sed etiam per se: ergo similiter imago. 42
1. Obiectio.

Respondeo Negando Consequentiam: Legatus Solus enim potest dupliciter honorari. Primò; Ob ipsam dignitatem regiam, quæ in ipso consideratur: & hæc adoratio est similis adorationi imaginis. Secundò; Per se, ob dignitatem & officium acceptum à Rege, quia ipse per se est capax adorationis, & habet dignitatem adorabilem à Principe donatâ; vnde ratione huius potest se quis illi tamquam maiori subijcere, quãuis nõ consideret in ipso Regem. Imago autè nec secundum se honorabilis est, nec vllam dignitatè ab exemplari deriuatam accipit.

Obijciuntur Tertio; Imago adoratur propter exemplar, sicut proximus diligitur propter Deum; & sicut medium eligitur propter finem. Sed dilectio proximi distinguitur à dilectione Dei, & non terminatur in Deum nisi remotè, & interpretatiuè: Similiter electio medij non terminatur ad finem. Ergo similiter adoratio imaginis sistere potest in ipsa imagine, ita vt non terminetur in exemplar. 43
2. Obiectio.

Respondeo; Quod ad dilectionem proximi at- Solutio. tinet; si proximus diligitur propter Deum, id est, quia

quia est aliquid Dei tamquam amici, sicut omnia amicorum diligimus; sic dilectio proximi se habet, sicut honor imaginis ad exemplar. Sicut enim hec dilectio, ut est dilectio amicitiae, non terminatur ad proximum, sed ad ipsum Deum, cui per hoc, quod proximo vis bene & benefacis, vis bonum tamquam amico; ita adoratio, ut terminatur ad imaginem, non est cultus patriae vel duliae, sed ut per imaginem ad Deum. Item sicut illa dilectio, non sinit in proximo, sed per proximum transit in Deum ut sit dilectio amicitiae: ita adoratio imaginis non sinit in ea, sed transit in exemplar, ut sit actus seruitutis, id est, patriae vel duliae. Denique sicut proximo vis bonum, non quia ipse in se habet aliquid dignum tua amicitia, sed quia ipse est res & possessio amici tui, & bonum ipsius est bonum amici: ita imagini defers honorem, non quod ipsa in se habeat aliquid honore dignum, sed quia est aliquid exemplaris, per quod exemplar honoratur. Quod si proximus diligatur ut amicus, iam non diligitur proprie propter Deum; sed solum generali ratione; scilicet, quia hoc Deo placet, sicut & alia bona opera. Unde haec dilectio proximi non est similis adorationi imaginis, sed adorationi legati, ob dignitatem à Rege participatam.

Electio autem medij longè aliter se habet ad intentionem finis, quam adoratio imaginis ad honorem exemplaris. Eligimus enim media, ut per illa comparemus finem, alio actu distincto ab ipsa electione, & usu mediorum: non adoramus tamen imagines, ut per illas alio actu adoremus exemplar, sed ut eodem actu. Unde adoratio imaginis se habet ad exemplar, sicut intentio finis qui appetitur, ad finem cui. Duplex enim est finis, scilicet qui appetitur, & cui appetitur: ut cum volo Deo gloriam & honorem in creaturis; gloria est finis qui, Deus est finis cui. Sic adoratio imaginis, & ipsa imago est finis qui, exemplar est finis cui. Atqui eodem actu appetitur finis qui, & finis cui: ergo pari modo, eodem actu adoratur imago & exemplar. Et sicut finis qui non potest appeti, nisi etiam alicui appetatur: ita nec imago sine exemplari potest coli.

Dico Secundò; Numquam adoratur imago, quin eadem adoratione adoretur prototypum: quæ adoratio, etsi respectu prototypi, sit latria vel dulia; tamen respectu imaginis non est, sed solum humana salutatio & simplex nota submissionis. Prior pars sequitur manifestè ex dictis.

Dices; prototypum ibi verè non est: ergo non adoratur. Respondeo; Est ibi per nostram adorationem: ita enim imagine conspecta apprehendimus prototypum, atque si re ipsa praesens esset in imagine inclusum, eamque animaret. Unde tota mentis intentio, totusque affectus seruitutis fertur in illud; & inde sequitur externa nota submissionis in idem. Intentio enim dirigit immediatè hanc notam in prototypum, licet in executione tendat immediatè in imaginem, & per imaginem in prototypum. Neque in hac apprehensione est error, aut deceptio; quia non est iudicatio, sed nuda apprehensio: sicut nec in abstractione formarum per intellectum.

Altera Pars similiter ex dictis colligitur. Quia honor non exhibetur imagini ex affectu seruitutis ad imaginem, sed ad exemplar: ergo non est seruitus imaginis, sed exemplaris. Hinc facile in-

telligitur, quomodo eadem adoratione adoretur imago, & prototypum; & tamen imago non adoretur latria vel dulia: nam hoc intelligendum est de externâ adoratione, quæ eadem est materialiter, etsi non eandem rationem formalem habeat.

Dico Tertio; Etsi dicendum sit absolute Imagines non adorari latria vel dulia: tamen generatim non dicuntur improprie adorari; id est, honorari, salutari. Item, dicitur per accidens adorari latria, vel dulia. Prior pars colligitur ex dictis.

Secunda Pars patet; Quia Concilia & Patres dicunt eas esse adorandas, id est, honorandas. Nam nomen *Adorationis* multa significat, ut rectè docet Tharastius supra citatus; & usurpatur passim pro nota externa seruitutis, praesertim in Graeco.

Aduerte tamen, Si quis diceret eas improprie adorari, sicut Durandus & alij quidam; aut analogicè, ut Gabriel; aut tamquam conditionem adorationis, ut Caietanus, non affirmaret quid erroneum aut temerarium, ut quidam volunt. Nam Synodus VII. parum curat, quo nomine hæc honoris exhibitio appelletur, an Adoratio, an Salutatio: modò fateamur esse exofculandas, aliaque submissionis signa exhibenda. Quod patet ex testimonio supra allato. Quod etiam Durandus, & omnes Catholici libenter fatentur. Nec obstat, quod Durandus dicat imagines poni ad recordationem exemplaris, ut illud veneremur, non ut ipsas proprie adoremus; quia sic loquuntur multi Sancti Patres, & imprimis D. Gregorius libro 9. epistolar. epist. 9. Non enim negant imaginibus externam illam notam honoris deferendam; sed volunt affectum seruitutis non debere intendi in ipsas, sed in exemplaria.

Tertia Pars est ferè communis Doctorum: & potest dupliciter intelligi. Primò, quod ex parte sua adorentur per accidens; id est, quod latria vel dulia dicatur illis conuenire, quia conuenit exemplari, cui imagines accidentaliter coniunctæ sunt per apprehensionem: Quomodo purpura & thronus regius dicitur adorari unâ cum Rege: quia enim hæc Regi coniuncta sunt, honor externus quodammodo ad ea pertinet. Secundò, ex parte adorationis; id est, quod latria & dulia secundum externam notam tendant in imagines; quæ nota est extrinseca interno affectui, & quasi accidentaria. Hinc rectè dicimus *imagines adorari ex virtute latriæ vel duliæ*; quia illarum honor procedit ex affectu exemplaris, qui affectus est latriæ vel duliæ, non tamen proprie adorantur cultu latriæ vel duliæ, id est cultu, qui est latria vel dulia: quia respectu illarum non est talis, sed solum respectu exemplarium.

Dices; Si Imagines non possint dici latria adorari, nisi per accidens, eò quod affectus seruitutis non tendat in illas: ergo nec Eucharistia, nec Christi corpus dicitur adorari absolute latria: quod est contra Concilium Tridentinum supra.

Respondeo, Negando Consequentiam. Eucharistia enim intrinsecè continet Christum & diuinitatem: significat enim compositum ex speciebus & corpore Christi, cui vnita est diuinitas: & hoc totum adoratur ob diuinitatem intimè coniunctam: unde etiam affectus seruitutis in illam tendit: Eucharistia enim est Christus velatus. Secus est de ipsis speciebus; hæ enim adorantur instar imaginum.

O o ij Corpus

Imago adoratur propter exemplar, sicut proximus diligatur propter Deum.

43 Imagines non dicuntur improprie adorari.

An sit temerarium dicere imagines adorari improprie.

Adorantur latria vel dulia per accidens.

Eucharistia adoratur latriæ, species non nisi ut imagines.

Duplex finis

44 Cum adoratur imago, semper adoratur prototypum.

In ea includitur prototypum.

Honor respectu imaginis non est latria, sed tantum externa salutatio.

Corpus Christi Adoratur Latria.

Corpus autem Christi dicitur adorari latria; quia inseparabiliter unitum est diuinitati Verbi, à quo sustentatur tamquam natura à supposito; & penetratur, sicut ferrum igne; ita ut fiat vnum suppositum & compositum, quòd absolutè est latria colendum. Quamuis quod ad rem ipsam attinet, cultus latria solùm per accidens ipsum corpus attingat.

46 Imagines non sunt capaces orationis.

Dico Quartò, Imagines non sunt capaces orationis, sacrificij, oblationis, vel laudis, eo modo, quo adorationis. Ratio est, Quia hi actus externi non diriguntur ad imagines, vt per ipsas oremus, aut sacrificemus, aut exemplar laudemus. Nemò enim petit aliquid per imaginem, vt quæ nihil intelligat; nec illi sacrificat, quia sacrificium est testificatio diuinitatis & principatù rerum omnium. Oblatio etiam propriè non fit imagini; sed ministris Ecclesiæ in honorem Dei, vel ipsi Deo, aut Sanctis. Nec obstat, quòd Synodus Septima act. 7. ait, Meritò nos ad imagines reuerenter accedere oblationibus suisuam & luminariam; quia, etsi oblatio respectu imaginis non habeat rationem oblationis, habet tamen rationem simplicis adorationis. Communiori tamen significatione oblatio rectè dicitur fieri imaginibus. De Laude, Satis per se constat, solum exemplar laudari.

Nec Sacrificij.

Nec Oblationis.

Nec Laudis.

Dices, Ecclesia in festo Inventionis S. Crucis canit: O Crux aue spes vnica. Auge pijs insitiam, resque dona veniam. Item: Sola digna tu fuisti, ferre scilicet pretium: hinc ad Crucem oratio & laus dirigitur.

Respondet, Crux in priore loco accipitur per Metonymiam, pro Crucifixo quem continuit. In altero tribuitur ei persona per Prosopopœiam figuram Rhetoricam. Et sic omnis ista laus redundat in Crucifixum; eiusque propriè est laus tota.

ARTICVLVS IV.

Vtrum Crux Christi sit adoranda?

ARTICVLVS VI.

Vtrum Reliquia sint adoranda?

47 Crux dupliciter consideratur.

Notandum, Crucem Domini dupliciter considerari. Primò, Vt est signum Christi crucifixi. Et sic est eadem ratio Crucis, & aliarum Christi Imaginum. Secundò, Vt tetigit Christi corpus, & fuit instrumentum nostræ salutis; qualis est ea, in qua pependit. Similiter clauis, lancea, corona &c. Et sic est eadem ratio Crucis, & Reliquiarum. Restat ergo, vt videamus:

Reliquia, quid.

Vtrum Reliquia Christi & Sanctorum sint veneranda & honoranda. Nomine Reliquiarum intelliguntur non solùm corpus & ossa; sed etiam crines, vestes, instrumenta suppliciorum, & alia quæ Christus & Sancti suo vsu veluti consecraruunt.

Rerum hostes,

Hostes Reliquiarum primi fuerunt Iudæi, & Samaritani, qui omnia corpora censebant immunda. Deinde Gnostici, qui dicebant Martyres non rectè facere, quòd se propter Christi confessionem morti exponerent. Contra quos Tertullianus scripsit suum Scorpiaicum. Hinc enim sequebatur, eorum Reliquias non esse honorandas. Expressius autem cultum Reliquiarum oppugna-

runt: Primò, Eunomius. Deinde, Vigilantius, teste Hieronymo libro, contra Vigilantium. Postea Leo Isauricus Anno 730. & Claudius Taurinensis Anno 825. teste Iona in suo libello. Deinde, Anno 1370. Wiclef apud Waldensem tom. 3. cap. 135. & 164. Postremò, omnes hæretici nostri temporis: qui etiam dicunt Vigilantium benè scripsisse contra Reliquias; & D. Hieronymum ab ipso superatum, tantum conuictis agere potuisse.

Dico Primò; Reliquiæ Christi & Sanctorum sunt retinendæ, & debito honore colendæ. Est euidentis ratione naturali, supposità cognitione excellentiæ illorum. Et est definita in VII. Synodo act. 7. vbi Concilium iubet deponi Clericum, & excommunicari laicum, qui Reliquias contemnit. Et actio. 3. Vocat Reliquias fontes salutaris, quibus Deus multa beneficia hominibus præstat. Similia habemus in antiquissimo Cõcilio Gangrensi anno 324. in Paphlagonia, can. vltimo. Et Carthaginensi V. can. 14. Denique in Tridentino sess. 25.

Probatur Primò, ex Scripturis. Exodi 13. Moyses honorat ossa S. Ioseph, transferens ea ex Aegypto, iuxta ipsius prophetiam. Vnde Eccl. 49. v. 18. Ossa ipsius post mortem prophetasse dicuntur. Deuter. vltimo corpus Moysis sepelitur à Deo, vt vult Hieronymus contra Vigilantiũ. Vel, quod in idem redit, ab Angelis; vt vult Epiphanius hæres. 9. nam omnes Dei apparitiones in veteri testamento factæ sunt Angelorum ministerio.

Isaiæ 11. v. 11. In eum Gentes sperabunt, & erit sepulchrũ eius gloriosum: vbi Propheta prædicit sepulchrũ Domini fore apud Gentes summæ venerationi; vt exponit D. Hieronymus, epist. 17. ad Marcellam.

4. Reg. 13. Deus corpus Elisei miraculo honorauit excitato mortuo qui illud contigerat.

Ecclesiastici 49. v. 12. Duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo. Nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis; id est, reuiuiscant in hominum memoria & veneratione. Matthæi 9. Mulier hæmorrhoißa cum summâ veneratione tangit simbriam Domini, & curatur.

Acto. 19. Fideles venerabundi tangunt sudaria & semicinctia Pauli, & curantur.

Secundò, Ex vsu omnium Ecclesiarum. Nulla enim sunt Christianorum templa, vel altaria, in quibus ab initio non fuerunt Reliquiæ Sanctorum. Imò in Concilio Carthaginensi V. cap. 14. præcipitur, vt nulla altaria, vel memoria Martyrum dedicentur, nisi vbi aliqua sunt Martyrum Reliquiæ, ne populus aliqua superstitione teneatur, nepe si colat tamquã Martyris sepulchrũ, vbi nõ est Martyris corpus. Vnde reliquiæ sub altari ponuntur, sicut animæ Martyrũ sunt sub altari, Apoc. 6. vt insinuat Augustinus sermone 11. de Sanctis.

Tertiò Probatur testimonio omnium Patrum. Fatentur quidem id hæretici, sed dicunt eos contra mentè ita scripsisse, eò quòd non possent huic morbo mederi; vel certè vi consuetudinis popularis, tamquam æstu in hunc errorem abreptos. Sed hoc nimis aperte est falsum & impiũ. Athanasius in vita S. Antonij, maximi facit vestem Antonij sibi legatam, per eam recordans imaginè sanctitatis eius. Antonius summè venerabatur vestem S. Pauli Eremitæ: ex folijs palmarũ. Basilus in Psalmum 115. ait: Corpora apud Iudeos tactu contaminabant; sed ossa Martyrum tactu sanctificant per gratiam qua illis insidet. Cyrillus Hierosol. Catecheci 18.

48 Essi colenda: est de fide.

Exempla Scripturae.

Ossa Ioseph.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

Sepulchrũ Moysis.

chei 18. corporibus Sanctorum dicit inesse virtutem quandam & potentiam, & ideo etiam honoranda; non tantum animas: idque probat ex corpore Elisei. Ambrosius ferm. 93. de Sanctis Nazario & Celso, causas adfert sex vel septem cur honorentur. Hieronymus ex professo agit contra Vigilantiu, qui id negabat. Chrysostr. hom. 66. ad populum, item libro quod Christus sit Deus, dicit; Constantinopolis Reges magnam gratiam putant si fiant piscatorum ofitarij: quia scilicet particula quadam corporis S. Petri ibi est. Et ibidem ait; Roma, quae urbs est regalissima, relicta omnibus, ad sepulchra piscatoris ac pellionis currunt Reges, Praesides, Milites. Vide Damasenum lib. 4. c. 16. fuse de veneratione Reliquiarum. Gregorius Turonensem de gloria Martyrum. Vide quoque Alanum Copum Dialogo 3. cap. 12. & seqq. vbi etiam fraudes Centuriatorum detegit. Et Bellarminum in Controversijs.

Ambros.

Hieron.

Chrysostr.

Damas. Gregor. Turon.

Miracula

Reuelat.

Eorum vilitas & praesentia

Quarto, Probari potest ex miraculis ad Sanctorum Reliquias factis, quibus plenae sunt Ecclesiasticae historiae. Vide D. Aug. l. 22. De ciuit. c. 8. vbi dicit tot miracula breui tempore facta ad reliquias sancti Stephani, vt multi libri scribendi sint, si omnia referri debeant. Praeterea ex reuelationibus per quas Deus latentes reliquias, ad Sanctorum honorem, & vtilitatem hominum detexit: vti, SS. Geruasij & Protasij corpora detexit S. Ambrosius; S. Stephani, Gamalielis, Nicodemi & Abibonis, Luciano Presbytero; vt refert Breuiarium Romanum.

Quinto Ratione. Primo, Quia Reliquiae Sanctorum magis imprimunt nobis eorum memoria, quam imagines; vnde nos excitant ad eorum amorem, imitationem, societatis desiderium, &c: ergo vel ob hanc causam veneratione sunt dignissimae. Secundo, Quia fuerunt domicilia & instrumenta animarum Sanctorum, & futura sunt templa spirituum Beatorum, sole splendoria: vnde ab ipso Deo, & ab Angelis perpetuo in honore habentur. Tertiò, Quia sunt instrumenta, per quae Deus mira operatur, & in nobis multiplicia beneficia praestat: Deus enim, vt Chrysostr. ait hom. de S. Babyla, nihil se ferè vtilius nobis reliquit ad salutem Sanctorum Reliquias; nempe post Sacramenta. Et haec est causa, cur à Diabolo & eis ministris tantopere oppugnentur. Has rationes D. Ambrosius ferm. 93. de Sanctis Nazario & Celso in fine sic complexus est: Quod si dicas mihi, quid honoras in carne tam resoluta atque consumpta? Honoro in carne Martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices. Honoro videntis memoriam perennitate virtutis. Honoro per confessionem Domini sacratos cineres. Honoro in cineribus semina eternitatis. Honoro corpus quod mihi Dominum ostendit diligere, quod me propter Dominum docuit mortem non timere, quod reuerentur demones, quod regnabit cum Christo &c.

Dico Secundo, Reliquiae non sunt per se venerandae, seiunctae ab ijs, quorum sunt; sed quatenus apprehenduntur quodammodo coniunctae; eo profus modo, quo dictum est de imaginibus. Ita D. Thom. cum Caietano hoc loco. Capreolus, Maior & Almainus in 3. dist. 9. Thom. Waldensis tom. 3. cap. 120. Ratio est, Quia Reliquiae sunt res inanimatae, quae non sunt capaces honoris aut contumeliae secundum se; sed quatenus exci-

tant memoriam eorum, quorum sunt, qui apprehenduntur tamquam praesentes & coniuncti: vnde nascitur erga ipsos affectus seruitutis & submissio- nis, qui exprimitur osculo vel alia simili nota externa Reliquijs delata. Hinc Damascenus lib. 4. de Fide cap. 12. Omnia, quae Deo dicata sunt, atque consecrata, ita adoramus, vt cultum & venerationem ad Deum referamus. Et in VII. Synodo act. 4. inquit Leontius: Magno & inexplicabili Christi amore, quò ascendit, vbi resedit, vbi apparuit, quod terigit, aut omniuo obumbravit; tanquam Dei locum colimus, & adoramus; non ipsam regionem aut lapides venerantes, sed eum qui in illis conuersatus est. Quod sic intellige, Non dirigi affectu seruitutis ad lapides, vel locum, sed notam externam adorationis.

Hinc sequitur Christi Praepitium in terra relictum, & guttulas sanguinis, non esse aliter latria colendas, quam Crucem Christi, aut imagines, scilicet, non per se, sed per accidens; non latria in spiritu, sed in nota externa. Et sic intellige D. Thomam hoc art. 4. & 6.

Aduertendu tamen, Quod sicut Christus praesens maiorem excitat in nobis venerationem & affectum seruitutis, quam solam praesens per imaginem, aut reliquias: ita, quo aliquid pluribus modis ipsi coniunctum est, eo maiorem quoque venerationem excitat: qualia sunt, Vera Crux eius, quae representat illum tamquam imago, & realiter attingit, & sanguine eius fuit aspersa; & Praepitium eius, quod fuit pars ipsius. Ratio est, Quia, quò quid maiorem coniunctionem habuit cum illo; eo efficacius & vehementius facit nos illum apprehendere; vnde nascitur affectus interior, & nota externa demissior: adoratio tamen semper est eiusdem speciei.

Sed Obijciunt Haeretici Primò. Lucae 11. v. 47. *50*
Va vobis, qui aedificatis monumenta Prophetarum: Partes autem vestri occiderunt illos, profecto testificamini, quòd consentitis operibus Patrum vestrorum; quia ipsi quidem occiderunt; vos autem aedificatis eorum sepulchra.

Respondeo; Euidens est, non consentire Tyranno, si quis ad honorem Martyris, à Tyranno occisi, sepulchrum excitet: vt patet ex ijs, qui curarunt sepulturam Domini, & S. Stephani. Et confirmatur; Quia si hoc esset signum consensus cum Tyranno, vel vilo modo superstitiosum, vt volunt haeretici; non reprehenderentur Scribae & Pharisei à Domino de hypocrisis, quòd sub tali opere pessimum animum suu tegerent. Nam hypocrisis non est, nisi quando mens mala tegitur sub opere externo, quod per se pium est. Erat ergo hoc opus pium, ac proinde non erat per se signum consensus homicidij; poterat tamen esse per accidens. Nam cum ipsi persequerentur eos, qui Prophetis erant maiores, vt Ioannem Baptistam, Apostolos, & Dominum Prophetaru, conuincabantur exstruere monumenta Prophetarum, non vt illos honorarent, sed potius vt homicidalem animum suum tali obtentu contegerent. Vide Ambros. & Hieronym. in hunc locum.

Obijcitur Secundo, Ad Coloss. c. 2. v. 23. *51*
Apóst. damnat εἰδωλοθρησκείαν, id est, cultum arbitrariu. Atqui cultus Reliquiarum est arbitrarius, quia non habetur in Scripturis. Respondeo Primò, Etsi in Scripturis no habeatur praecceptum de hoc cultu; extant tamen eius exempla supra dicta. Respondeo Secundo, Apostolus per εἰδωλοθρησκείαν intelligit cultum superstitiosum; quasi dicas, cultu sola

Praepitium & sanguis Christi his relictus.

Quòd quid Deo & Sanctis coniunctus, eo est venerabilis.

1. Obiectio haeretico- rum. Ex Luca 11. de aedificatio- ne Monu- mento- rum.

Solutio.

2. Obiectio ex c. 2. ad Coloss. de cultu Ar- bitrario.

Solutio, sola

49
 Sicut co- lena La- tria vel Dilia, non per se, sed per acci- dens.

solâ voluntate & humano spiritu inductû. Atqui cultus reliquiarum non est superstitiosus, nec humano spiritu inuentus; sed diuinitus Ecclesiæ inspiratus: nam est cultus exemplarium.

52. Obijcitur Tertio, Concilium Elibertinum siue Eliberitanum can. 34. Vetat ne cerei per diem accendatur in cœmeterijs. Ratio additur: *Inquietandi enim spiritus Sanctorum non sunt.*

Respondet; Concilium vetat illam ceremoniam; quia fiebat tunc ex quodam errore gentilitio: putabant enim Gentiles corpora illa adhuc aliquid sentire, & tali luce recreari. Quod autem addit, *Inquietandi spiritus Sanctorum non sunt*: Sic intellige, non quod verè inquietentur; sed quod displiceat spiritibus Sanctorum talis error. Quomodo ad Ephes. 4. Spiritus sanctus dicitur nostris malis operibus contristari. Alij per spiritus Sanctorum intelligunt mentes fidelium viuentium, qui offenduntur tali ceremoniâ, vel etiam scandalizantur.

53. Obijcitur Quarto, In Reliquijs Sanctorum nihil manet præter materiam, & fortè aliquot accidentia, vt quantitas, color &c. sed hæc non sufficiunt vt Reliquiæ possint honorari, alioquin etiâ vermes ex Reliquijs ortos venerari deberemus.

Respondet, Reliquiæ debent manere sub forma & accidentibus. vt secundum communem hominum æstimationem censeantur manere eadem, & pertinere ad illum Sanctum, v. g. vt censeantur esse corpus, vel os, vel caro, vel pars corporis, vel vestis &c. illius Sancti. Quod non fit quando multè intercesserunt mutationes. Deinde in omni cultu cauendum ne vlla indecentia miscatur: vt, si Reliquiæ conuersæ sint in vermes; tunc enim vermes videremur venerari. Vide Henricum Quodlib. 10. quæst. 7. de hac re valdè subtiliter differentem.

54. Obijcitur Quinto, Crux, Clauis, Spinæ &c. Christo dolorem attulerunt & ignominiam: ergo sunt potiùs execranda, quàm honoranda. Filius enim non honorat patibulum, in quo suspensus fuit parens.

Respondet, Non solùm hæc dolorem & ignominiam, sed etiam gloriam, victoriam & triumphum Christo attulerunt; redemptionem autem & salutem nobis: & hac ratione à nobis honorantur: quomodo etiam de passione Christi, & morte gaudemus. Vnde & ipse Deus Crucem infinitis miraculis honorauit; & tempore Iudicij in cœlo Crucis imago sole splendidior apparebit, vt colligunt Patres ex illo Matth. 24. v. 30. *Tunc parebit signum Filij hominis in cœlo.* Filius etiam patibulum honoraret; si Pater pro salute publicâ illum liberè subijsser, & summum splendorem familiæ per hoc conciliasset.

55. Obijcitur Sexto, Si Crux, Clauis, Spinæ sunt adoranda, quia Christi corpus attigerunt: ergo etiam labia Iudæ.

Respondet, Negando Consequentiam; Quia sunt pars hominis impij: vnde non possunt honorari, quin censeatur etiam impius honorari; nam honor propriè est personæ. Secus est de Cruce. Adde, Quod labia participant de culpâ, sicut instrumentum coniunctum & animatum: contractus enim, seu osculum illud, fuit peccatum etiam labiorum; sicut sunt peccata linguæ & gulæ. Contactus autem Crucis nullo modo peccatum fuit in Cruce.

Obijcitur Septimo, Si omnes Cruces sunt honorandæ, quia Christus Crucem suo cōtractu la-crauit: ergo etiam omnes clauis, omnes lanceæ, omnia spineta, omnia præsepia, omnes asini erunt adorandi, quia hæc similia sunt eis, quæ Dominus tetigit.

Respondet Negando Consequentiam: Omnes enim cruces venerandæ sunt, quia sunt imagines Christi crucifixi, & ad eum representandum sunt expressæ, ita vt alium vsum non habeant, saltem post edictum Constantini, qui in honorè Christi crucifixi, vetuit imposteri fontes crucifigi, teste Sozomeno lib. 1. hist. c. 8. At non omnia præsepia, nec omnes clauis, aut lanceæ, facta sunt ad Christi passionem representandam, sed ad alios vsus profanos: vnde iuxta communem sensum hominum non ingerunt Christi memoriam, nisi simul cum cruce pingantur.

Addo tamen, Si hæc à viro spiritali considerentur, quatenus hæc nobis Christi mysteria ingerunt, sic optimè posse adorari, modò absit scandalum. Imò omnis res mundi potest sic adorari, vt ad eam dirigatur nota submissionis, v. g. osculum, inclinatio corporis, amplexus, & similia, & in ea adoretur Creator, modò absit scandalum, & aliunde non sit aliquid indecori in notâ externâ. Ita docet expressè Leontius in VII. Syn. act. 4. Cū enim Deus sit in omnibus, per essentiâ & operatione realiter præfens, multò magis est coniunctus cuius creaturæ, quâ exemplar imagini: ergo optimè ibi tamquam sub tegumento latens, potest adorari, etiam per externam notam submissionis; quæ cū ad ipsam creaturam in executione dirigatur, etiam ipsa adorabitur latrâ per accidens, & in notâ externâ.

ARTICVLVS V.

Vtrum Mater Christi sit adoranda adoratione latrâ?

Respondetur, Non latrâ, sed hyperduliâ Christi Matrem adorandâ. Ratio est; Quia est creatura capax secundum se venerationis, habens excellentiam minorem diuinâ, sed maiorem quâ quæuis alia creatura, scil. quod sit Dei Mater.

Notandum est, B. Virginem dupliciter posse considerari. Primò, Quatenus ipsa in se nō habet excellentiam adorabilem, sed vt coniuncta fuit Christo, sicut res aliæ quæ Christo cōiunctæ fuerunt: & sic adoratur latrâ per accidens; sicut dictum est de Cruce: nam in ipsa & per ipsam adoratur Christus, & effectus seruitutis immediatè in ipsum Christum dirigitur. Verùm hic modus nō est vsitatus, ne ipsa per se latrâ coli videatur, cū per se sit capax venerationis. Vnde secundo modo consideratur, vt habens excellentiam Matris Dei, quæ moraliter spectata superat omnè excellentiâ Sanctorū. Nam ratione huius, est Domina totius creaturæ, habens singulare quoddam imperium in illam, debeturque illi maior gloria: & sic colitur hyperduliâ, vt rectè docet hic D. Thomas. Videtur autem hic actus specie distingui à duliâ Sanctorum, & ab hyperduliâ ipsi Virgini debitâ propter eximiam eius præ ceteris sanctitatem & gloriam. Nam dignitas Matris Dei videtur esse altioris ordinis, vtpote proximè attingens dignitatem vnionis hypostatice.

QVÆSTIO